

---

Deinde supradictus miles Burchardus alteram dimidiam partem mansi, qui apud Velchilicha situs est nobis cum Domino suo Bertholdo de Rietheim dedit. & tres marcas absque uno quadrante a nobis accepit. Huic rei interfuerunt. Landoldus de Harthusin. Adelbertus & Nartwic de Husin. & alter Adelbertus de nostra Familia.

---



## L.

FRIDERICUS I. IMP. CONFIRMAT DONATIONEM  
CURTIS BESIGHEIM MARCHIONI BADENSI HERMANNO III  
FACTAM A VIDELBERTA ABBATISSA  
IN ERSTEIN.

---

A N N O   M C L I I I.

---

*Ex Autographo Tabularii Bada-Badenfis.*

**I**n nomine Sancte & individue Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Rex Augustus.

Regia dignitas reipublice secundum veterum censuram. bene & congruè consulit, si, quod multorum fidelium affectio desiderat, perpetuo memoriali stabilire curabit. Quocirca omnium tam futurorum quam presentium solers noverit industria, qualiter tota ecclesia in Erstein Videlbertha Abbatissa cum ceteris fororibus suis nec non Clericis ac Laicis atque totâ familiâ curtim *Basincheim* jam dicte ecclesie à pie me-

XLVIII.

EXCERPTA EX FRIDERICI I. IMP. DIPLOMATE  
QUO MONASTERIO S. ALBANI POSSESSIONES  
ET JURA SUA CONFIRMAT.

A N N O M C L I I.

*Ex Cod. Mf. Urflis.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis! Fridericus Dei gratia Romanorum Rex Augustus &c. In ipsa Civitate parochiales Ecclesias S. Albani & S. Martini, sicut fluvius Birficus determinat: Ecclesiam de *Büffesheim*, cum capella de *Cunheim* & cum reliquis appendiciis suis, in villa, quæ dicitur inferior Basilea, Ecclesiam cum suis appendiciis, Ecclesiam de *Hagendorf*, Ecclesiam & villam de *Appenwiler*, cum earum pertinentiis, *Lörrach* cum Ecclesia & omnibus suis appendiciis tam in vineis, quam in agris, pratis & sylvis; Ecclesiam de *Houwingen* & Ecclesiam de *Chandro*. Ecclesiam de *Enschafingen* cum omnibus earum pertinentiis. Sylvam, quæ sita est juxta S. Albanum, molendina in ripa Birfæ cum aqua omnibus ejusdem molendinis sufficiente, & cum pratis & agris adjacentibus, decimas in villa, quæ dicitur, *Huning*, *Rimwiler*, *Amparingen*, *Leichdencoven*, *Habenkefen*, *Guzwiler*, *Sierenze*,

N 2

Nota. Extat quoque in URSTISIX Epitome Hist. Basil. Germanice edita pag. 415.

in villa, quæ dicitur *Weshalda*; curtem unam cum vineis, *Morswiler*, *Ufheim*, *Ramespach*, *Michelembach*, *Obervilre*, *Bratella*, *Gelterchingen*, *Durnen*, *Hölnstein*, *Metten*, *Bladolzheim*, *Binningen*, *Magstut*, *Hutingen*, cum omnibus suis appendiciis &c. Testes autem in quorum præsentia hoc scriptum fieri mandavimus, sunt hi: Hermannus, Ep. Constantiensis, Ortliebus Ep. Basiliensis, Arditio Ep. Cumanus, Dux Welfo, *Bertholdus Dux Burgundiae*, Odoacer Marchio de Stira, Ulricus Comes de Lenzburg &c.

Datum apud Ulmam, IIII. Kal. Augusti, A. Dom. Incarnat. M.C. quinquagesimo secundo, Indictione XV. regnante Friderico rege gloriolo, Anno vero regni ejus primo.

### X L I X.

CHARTA CONCAMBII BONORUM INTER ABBATIAM S. PETRI ET BERTOLDUM DE RIETHEIM FACTI.

P O S T A N N U M M C L I I .

*Ex Rotulo S. Petrino.*


**N**otum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris, quam presentibus. quod Concambium quoddam cum Bertholdo de Rietheim fecimus. Siquidem quatuor ei mansus ad *Ascheim*, & unum apud *Vilingen* situm

morie Agneta Imperatrice contraditam coadunata manu per manum nostram & *Hugonis Comitis de Tagesburch* ejusdemque ecclesie Advocati, fidi nostro *Hermannu marchioni de Baden* cum omni jure, quo prefata ecclesia possederat, libera & legitima donatione contradidit, cum omnibus scilicet appenditiis, hoc est manciis utriusque sexus, areis, edificiis, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus, redditibus, viis, inviis, quesitis & inquirendis, omnique utilitate, que exinde provenire poterit. eo etiam ordine ut sicut memoratae ecclesie Abbatissa liberam potestatem inde habuit, sic & predictus Hermannus marchio habeat liberam potestatem tenendi, tradendi, commutandi, precariandi, vel quicquid ei placuerit, faciendo. Et ut hujus legitime donationis tradicio prefato Hermanno marchioni rata & inconvulsa omni tempore permaneat, presentem paginam exinde conscriptam regia auctoritate firmamus, & sigilli nostri impreffione comunimus, adientes, ut nullus successorum nostrorum Regum seu imperatorum magna parvave persona eam infringere presumat. sed omni contradictione remota legitima donatione libere possideat. testes quoque interfuerunt, quorum nomina subternotata cernuntur. *Burchardus Argentinensis episcopus.* Conradus frater noster, *Sibertus comes de Frankenburch.* Wernerus comes de Hauegesburch. Bertoldus Comes de Nuenburch. *Anselmus Argentinensis advocatus.* Hugo comes de Thrungeti. Ludewicus comes de Werdeneberch.

Signum Domini Friderici ( Locus monogramatis ) Romanorum Regis  
invictissimi.

Ego Henricus Notarius vice Arnoldi Moguntini Archiepiscopi &  
Archi Cancellarii recognovi.

Datum *Erstein* iiiij. idus jviliij anno dominice incarnationis MCLIII.  
indictione prima regnante Domino Friderico Romanorum  
Rege glorioso Anno II. Regni ejus II<sup>do</sup>.



## L I.

EXCERPTA EX CHARTA BERTOLDI IV. DUCIS,  
QUA JURA SUA IN CIVITATEM VIENNENSEM  
GUIGONI DALPHINO DIMITTIT.

A N N O      M C L V.

*Ex VALBONEY Histoire de Dauphiné Tom. II. pag. 255.*

B<sub>ertholdus</sub> divina favente Clementia *Dux Burgundiae* dilecto suo Guigoni Dalphino Albonis Comiti salutem &c. Quicquid juris ex prædecessorum meorum successione seu Regum concessione in civitate Vienna habere videor, tibi tuisque heredibus donavi, & imperpetuum habere concessi. Pepigi etiam firmiter, quod si Guillelmus Comes super hoc te in aliquo lædere attemptaverit, me usque adeo cum eo guerram habiturum; donec prædict. civitatem in pace te habere libere & absolute

absolute faciam. Tu vero hominum faciens verfa vice promisisti, quod quotiescumque mihi necessitas incubuerit me in eadem civitate decenter recipias. Hæc donatio apud Rivarolum coram Domino Friderico Romanorum Rege & coram Principibus suis eodem assensum præbente & confirmante facta est &c. Actum est hoc anno Dominicæ Incarnationis MCLV. Ind. III. Regnante Dom. Friderico Romanorum Rege glorio-  
so, Anno Imperii ejus III.

## L II.

FORMULA JURISJURANDI QUOD BERTOLDUS IV.  
DUX ZARINGIÆ PRÆSTITIT UT ADVOCATUS LAU-  
SANENSIS ECCLESIAE.

A N N O      M C L V I I .

*Ex Chartulario Laufanensi fol. 98.*

**H**æc sunt Capitula, que *Dux Bertulfus* juravit Episcopo Amadeo & successoribus ejus.

Quod liberam permitteret fieri Electionem in Laufanensi Ecclesia.  
Quod nihil eorum, quæ à manu Episcopi tenebantur sibi acquireret.  
Quod ea quæ Ecclesia Laufanensis perdiderat & quæ à longo tempore  
erant alienata bona fide pro viribus juvaret recuperare. Quod ad villas  
Ecclesiæ non irent sui pro pabulo & cæteris necessariis, nec ibi hospita-  
retur, quod nec in Palatio Episcopi nec in Domibus Clericorum vel mi-  
litum hospitaretur, nec inde per violentiam quicquam auferret.

*Cod. Dipl.*

O

## LIII.

BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ PRIVILEGIUM  
MONASTERIO ALTÆ RIPÆ CONCESSUM.

A N N O      M C L V I I.

*Ex Chartulario Abbatiæ Altæ ripæ.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum fit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego *Bertolhus Dux & Reffor Burgundiaæ*, pro salute anime mee Venerabili Girardo Abbati Alteripe fratibusque ibidem Deo servientibus eorumque successoribus donavi eis omne genus tributorum per totam terram meam & dominium meum, decrevi igitur & presentis page scripto firmavi, ne quis in tota potestate mea ab eis, nec ab aliis ejusdem ordinis fratibus Pedagium occasione transeundi vel Thelonium, quod causa venundandarum rerum jure fori solet accipi exigat. Omnia enim hujusmodi jura eis remisi. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo septimo. Amadeus Episcopus Laufanensis testis, Uldricus de Font Canonicus Laufanensis testis, Otto Decanus de Criffei testis, & Emmo de Garfein advocatus Laufanensis testis, Friderico Rege regnante feliciter.

Chartæ huic appendet sigillum, quod exhibet Leonem a dextra ad sinistram salientem cum epigraphe : *Berchtoldus Dux Zeringie & Burgundie Reffor.*

LIV.

BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ LITERÆ PROTECTIONIS, ABBATIÆ ALT CREST ORDINIS CISTERCIENSIS IN EPISCOPATU LAUSANENSI,  
DATAE.

CIRCA ANNUM MCLX.

*Ex Ruchat Historia Vaudi Mspt.*

**B**erchtoldus Dei Gratia Dux & Rector Burgundiæ universis in sua potestate constitutis salutem. Princeps gladium justè tum demum portat, si ad defensionem Ecclesiarum, presertim earum, que sub religione artiori vita Deo serviunt, manum protectionis extendere non omittat. Inde est quod Abbatiam de *Alt Crest* (a) de ordine Cisterciensi in Episcopatu Laufanensi in tutelam nostram cum universis rebus suis accepimus, mandantes omnibus in potestate nostra constitutis, ut

(a) Alta Crifta, Hautcrest, Ocrest. Monasterium bhorio distans Vibisco (Ve-  
vai) ad Lacum Lemannum, quod A. 1536. in Bernensium ditionem per-  
venit, seculoque addictum. RUCHAT *Abregé de l'Hist. Eccl. en Pays*  
*de Vaud.* pag. 36.

tam præfati loci fratribus quam rebus eorum firmam pacem teneant. Si quis vero forté Cisma eis obicit, noverit, quod querelam istam ex parte Domini Imperatoris eis remisimus, & securos & immunes ab hac inquietudine toto tempore Cismatis eas constituimus. Quod si quisquam contra hoc nostre tuitionis munimen de rebus eorum quicquid auferre presumpserit, nisi clericus restituat, inimicitiam nostram incurrisse fe noverit.

Nota. LEU in *Lexico Helvet.* Part. IX. pag. 513. literas has protectorias  
Bertoldi ad A. 1157. posuit.



## L V.

## ORIGINES ABBATIÆ TENNEBACENSIS.

A N N O      M C L X I.

*Ex autographo abbatiæ Tennebacensis.*

A nno ab incarnatione Domini M. C. L. X. primo venit Abbas Hesso de Frienisberch cum duodecim Monachis ad locum, qui dicitur Tennibach, cuius fundum emerunt cum quibusdam prediis adjacentibus, id est, Labirn & Brettenhart & Mutirstegin, & duo feoda Musbach cum omnibus appendiciis suis, & ut libere ligna succidant ad

usus eorum necessaria in silva Muterstegen, que ad Musbach pertinet, & pertinentiis suis cum aquis & aquarum decuribus, agris, ortis, pratris, pomeriis, silvis, pascuis, cultis & incultis, piscationibus. Emerunt autem à nobili viro Cunone de Horwin, qui liber ut erat, libere eis contradidit, coram *Marchione Hermano in Castro Hahberc* pro XXX. Marcis & mulo, sicut ante in presentia *ducis Berhtoldi*, ipso mediante & *sigillo suo confirmante* concluserant pactum. Testes autem hujus facti sunt. Comes Berhtoldus de novo castro. Burchardus de Vsenberc. Cunradus & Wernherus Advocati de Swarcinberch de Valckenstein duo fratres Germani. Waltherus & alter Wernherus de Roggebach, de Stouphen. Gotfridus de Schophfein. Berhtoldus. Marscalcus. Mynisteriales Marchionis. Wolpoto. Herman mile. Wernherus Sturmere. Hartmuot de Keppenbach, Cunradus de Alzina. Burchardus de Tonsul & alii quam plures fide digni.

Nota. Appensum chartæ sigillum Bertoldi IV. Duci, Rectoris Burgundiæ.

Waltherus de Horwen inter testes legitur chartæ Petrinæ A. 1112, ap. SCHAN-

NAT. Vindem. Liter. Collect. I. pag. 160,

## L VI.

BULLA ALEXANDRI III. PAPÆ CONTRA BER-  
TOLDUM IV. DUCEM ZARINGIÆ ALIOSQUE SPOLIA-  
TORES MONASTERII S. ALBANI.

A N N O   M C L X V I I I .

*Ex Bibliotheca Huberiana Basileæ.*

A lexander Episcopus servus servorum Dei dilecto fratri Episcopo Ba-  
filiensi omniq[ue] venerabili choro ejusdem ecclesie salutem & apo-  
stolicam benedictionem. Ex gravi conquestione Karissimi filii nostri  
Abbatis Clun. fratrumque suorum de S. Albano cognovimus, *quod Dux*  
*B. de Zæringen* ecclesiam cum decimis & curte cum hominibus ad ea per-  
tinentibus de *Agendorf* quam irrefragabiliter LX. annis fratres Albani  
tenuerunt violenter auferre presumit & Heinricus filius Frisonis & Suf-  
fraganei illius contra voluntatem prioris in eadem ecclesia divina illicite  
celebrant. vel plebanus de Lagelen & Herensfre filiique ejus de Columba-  
ria ecclesiam de Appenwilre contra ecclesiam iudicium Archiepiscopi  
Bisuntini & mandatum legati nostri Q. injuste tenent & conferunt. Con-  
canonicus filius R. divitis decimam quam fratres diu in pace possede-  
runt presumtuose invasit. Comes Here de Froburg aquam videlicet ipso-  
rum Birsam nuncupatam a molendinis S. Albani quod predecessores sui  
non fecerunt injuste conatur auferre. Tu & frater ejus Ru. de Rame-  
stein apud Brifilaco & Waltenen quoddam predium S. Albano auferunt

dicitur de Braca, & coadiutores illius unum curale volunt auferre. B. miles de Basilea & multi alii qui census preter voluntatem illorum retinent. R. Worant. boues S. Albani abstulit & frater illius qui eosdem in sua potestate recepit & alii qui predas illorum emunt vel retinent & Hu. de Etwilre similiter quosdam boues illorum abstulit, pro quibus fidejussor O. de Hegelingen extitit sed fide fracta non reddidit: Hen. de Hasenburg. Har. de Uffen. Bur. de Sunenb. homines S. Albani ceperunt & eis bona sua abstulerunt. Berchta. vero uxor. B. de Wilsp. aufert aput Cözingen unum allodium & Hele de Winsilingen aliut in eadem villa de Winsf. Alb. de Fafen. & fratres ejus unum casale volunt injuste auferre. Rex de orto III. lib. pro quadam elemosina fratribus fide data laudavit sed non reddidit. Heinricus magister cecorum pro VI. lib. quas O. uillicus de Büffensh. de superiore altare. ut sacrilegus abstulit fide data obstagium fecerunt, sed minime tenuerunt. Lu. de Hasenburg & alii advocati S. Albani iniustas exactiones & iniquas collectas in hominibus exercent & quod intollerabilius est terram illorum in feodis aliis prestant & non ad justicium sed rapinam faciendam hospitando homines destruunt & contra voluntatem prioris inuadunt. Quare igitur diversis ac multis occupati negotiis de singulis eorum querimoniis vestre fraternitati scribere non possumus, uobis per hec apostolica scripta firmiter precipimus, quatenus nostra authoritate omnes supradictos *præter ducis personam* excommunicatos, sed ecclesias in *ducatu illius* & potestate aliorum constitutas specialiter ecclesiam de *Hagendorf* de lagelh. de *Ütingen* excepto baptismo & viatico in fine interdictas & plebanos ac suffraganeos earum si cont. tempore. cantauerint ab ordine suo depositos in synodo & capitulo ac ecclesiis universis accensis candelis solemniter denuncietis. donec ab-

lata cum fructibus inde acceptis & estimatione damni restituant ac restituenda in pace dimittant. Restitutione autem facta si de iure litigare volunt iudicio vestre discretionis omni appellatione ac contradictione cessante determinanda canonice committimus archipresbyteris decanis sacerdotibus per obedientiam mandamus ut ubicunque in potestate illorum predenominati Sancti Alb. vel supradicti excommunicati fuerint, sententiam excommunicationis ac ecclesiarum Interdictionis inflexibiliter teneant & observari faciant. Datum Lateran. II. Idus Marcii.

## L VII.

CHARTA SENTENTIÆ BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ UT ADVOCATI MONASTERII  
STEIN.

A N N O      M C L X I X.

*Ex Tabulario Capituli D. Petri Basileæ.*

**R**erum dubietate emersa fineque legitimo decisa ne rursum resiliant ambiguitati quæ me coram gesta sunt scripto placet inseri & nostro sigillo muniri. Quæ enim nituntur justicia stare debent immota iusto munimine digna. Universis igitur ista legentibus perspicuum esse volumus quod ego *Bertolhus Dux & Rector Burgundiæ* pro injuria ecclesiæ de Stein illata, cuius advocatus sum, cum abbe ejusdem loci domino Burcardo gravem me tam (a) judiciali ordine præsidente mouimus

(a) Forte legendum tanquam.

mouimus querimoniam in viros quosdam de Chilheim conditione liberos videlicet Adelgotum, Luipoldum & eorum complices quod jus foundationis trium ecclesiarum scilicet *Chilheim, Einmuthingen, Matro*, (a) suo mancipassent dominio quas tenore antiquitatis præfatam abbatiam ditioni suæ cum dominio fundatorio subegisse afferuimus. Quod illis infitiantibus seque a multis retro temporibus possedisse afferentibus lege judicii ad probationem sunt constricti seriem igitur rei prout dixerant septem idoneis testibus licet me renitente comprobabant. Ut autem hæc illis de cætero inviolata permaneant judiciali auctoritate roboramus & sigillo nostro commmunitimus. Facta fuit autem hæc anno ab incarnatione domini millesimo centesimo sexagesimo nono indictione prima epacta prima concurrentibus II. his astantibus ac comprobantibus domino Heinrico de Larga Odelrico de Pincheim Cunrado de Baden Bertolfo de (b) Agrigrin Werhero Cunrado Burcardo de Blansingin Heberardo Rudolfo Theoderico de Gupho (c) Volmaro de Utenechir Lutoldo Starholfo Adelberto de Rudelicon Arnoldo de Efringen.

Præterea interfuerunt religiosi viri communicato quorum consilio rite hæc peregrimus videlicet dominus Guntrammus decanus cum confratribus suis sacerdotibus Friderico Werhero Cunrado Adelberto Harwigo Cunrado aliisque plurimis, quos enumerare superfluum duximus.

(a) Kirchen, Eimeldingen, & Mærkt.  
(c) Hodie Gupf prope Tannenkirch.

(b) Forte Eggringen.

Nota. Abbatia de Stein (Monasterium S. Georgii in Stein) cum Abbatia Petershusana Civitatis Constant. hodie conjuncta, sita est ad Rhenum inter Constantiam & Schaphhusium urbes. Vid. Charta ap. HERRG. Geneal. Habsb. T. II. ad A. 1240. Conf. BUCELINI Germania sacra Part. II. p. 84.

## L V I I I.

FRIDERICI I. IMP. DIPLOMA PRO ECCLESIA  
INTERLACENSI.

A N N O M C L X X I I I.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Imperiali convenit exceilentie, illorum petitioni maxime condescendere, qui pauperem vitam eligentes, religionis cultui operam dantes, idcirco bona temporalia condemnantes, ut fibi mereantur celestia, quorum pie intentioni cooperatores esse volentes, tam presentibus quam futuris notificamus; Qualiter nos devote petitioni viri religiosi Theoderici prepositi aquiescentes, nec non etiam consilio curie nostre & primatum, Ecclesiam sancte Marie virginis, sitam in Lausanensi Episcopatu in comitatu Burgundie, Interlacus Madon vulgariter appellatam, sub nostre tuitionis Mundiburdio suscipimus, suscepitque nostra autoritati hanc contulimus libertatem, ut ab omni investitura violenta persone cuiuslibet, & exactione immunis, foli Deo libere atque quiete serviens, domum orationis se solummodo esse recognoscat. Hujus autem domus fundator Seilgerus de Oberhoven, cum ceteris boni propositi cooperatoribus existens, Canonicam ibidem vitam secundum regulam sancti Augustini instituit, rogans eam dedicari in honorem matris Domini & omnium Sanctorum. Volentes itaque firmum & indivulgsum esse bone institutionis propositum, precipiendo jubemus

ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, nulla denique magna parvave persona prenominate Ecclesie fratres, vel res ad usum eorum in presenti contraditas, vel qui in posterum eidem Ecclesie contradite fuerint, divestire, molestare, inquietare presumat, sub eadem etiam tuitione regie autoritatis, fundum in Grindelwald a Schoneicca usque ad Alpigulum & ad glaciem inferiorem ad quartam partem fundi in Iseltwald prius quidem regno pertinentes, quos predecessor ac patruus noster Cunradus rex felicis memoriæ a Duce *Cunrado de Zähringen deliberato ipso consentiente* prenominate Ecclesie legitima Donatione contradidit, indissolubiter consignamus, confirmantes ut *advocatiam a prefato Duce retentam* nullus suscipiat nisi quem consensus fratrum tali conditione eligit, ut penitus ea careat, si eis malum aliquod ab eo illatum infra terminum 40. dierum secundum voluntatem eorum & *reitoris Burgun lie* emendatum non fuerit. Hoc etiam edicto Imperiali statuentes ne aliquis successorum nostrorum regum, seu Imperatorum vel aliqua quævis persona hoc nostræ donationis statutum irritare presumat. Super hæc si quis fratribus prefate Ecclesie aliquid agrorum, vinearum, Alpium, pratorum, seu aliarum rerum ad honorem regni pertinentium & absque tributo manentium donaverit, a nobis in Domino Jesu Christo eorum religio dono datum habebit. Preterea decernimus ut confratres ibidem Deo fervientes, sicut liberam de constituendo sibi proposito habent electionem, ita etiam advocatum quem voluerint, eo pacto & jure assumant, ne advocatiæ ad heredes advocati traducatur, & tali electione a proposito investitus, a regali, seu imperiali munificentia, sicut justitia exigit, regali banno investitur, & sicut prescriptum est, per omnia de

priori Advocato, sic erit & de isto. Si quis autem hujus nostræ confirmationis statutum infringere tentaverit, 100. libras auri purissimi componat, quarum dimidiam partem Camere nostre, reliquam vero prefato Monasterio persolvat. Et ut hæc verius credantur, & omni deinceps tempore inviolata serventur, impressione sigilli nostri corroboramus & testes adnotari, sub quorum presentia hæc acta sunt, fecimus. Quorum nomina sunt hæc. Ludovicus Basileensis Episcopus, Diethelmus Augiensis, Conradus Morbacensis, Abbates; *Berchtoldus Dux de Zäringen*, Rudolfus Comes de Fullendorf, Artmannus Comes de Chyburg, Uldricus frater ejus, Waltherus de Eschybach, Waltherus de Ibere, Waltherus de Hunberg, & alii quam plures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imp. invictissimi.

( Locus monogrammatis. )

Ego Godefredus Cancellarius vice Christiani Maguntuni Archiepiscopi, Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hæc Anno Dominice incarnationis M. C. LXXIII.  
Indictione VI.

Regnante Domino Friderico Romanorum Imp: glorioissimo Anno regni ejus 21. Imperii vero 19.

Data apud Castrum Lenceburg X. Kal. Martii. feliciter Amen.

## LIX.

SENTENTIA HENRICI EPISCOPI ARGENT. DE  
REGALIBUS EPISCOPO LAUSAN. PER DUCEM  
BERCHTOLDUM NOMINE CÆSARIS  
NON CONFERENDIS.

A N N O      M C L X X I V.

*Ex autographo.*

**H**einricus Dei gratia Argentinensis Minister humilis. Residentibus nobis in presentia Domini nostri Imperatoris cum aliis Episcopis & Confratribus nostris, confidentibus etiam multis Baronibus — Dominus Rogerius Lausanensis Episcopus de ipso Imperatore querimoniam deposuit, dicens, quod ipse Dominus Imperator tempore Haimedei Episcopi Antecefforis sui, dignitatem ipsius Lausanensis Ecclesiæ in tantum diminuerat, quod cum Lausanenses Electi a sola manu Imperiali regalia accipere semper consuevissent & deberent, ipse Dominus Imperator Jus suum in regalibus concedendis *Duci Berchtoldo* contulisset, nec super hoc tunc temporis Lausanensem Episcopum citasset, nec præsentem nec confessum seu convictum denuntiasset. Plurimas etiam molestias & injurias contra Ducem Berchtoldum, quamvis absens foret proponebat.

Ad hoc Dominus Imperator respondit, se quidem predicto Duci Berchtoldo illud Jus contulisse, & cum Dux Berchtoldus jus istud per eum possideret, eo absente se respondere debere negabat: cumque super

his Dominus Imperator a nobis sententiam quesivisset, juxta Conscientiam nostram judicavimus, quod Dominus Imperator in hijs, que Laufanensis Episcopus adversus eum proponebat, etiam Duce absente, Episcopo Justitiam exhibere deberet, in hijs vero que contra Ducem proponebat, Duce rationabiliter citato, ejus presentiam expectaret. Huic sententiæ Dominus Archiepiscopus Bisuntinus & Spirensis & Gebennenensis Episcopi consenserunt. Cum autem a Basileensi Episcopo quereretur de consensu sententiæ judicavit, quod Dominus Imperator nec debuit nec potuit Duci Berchtoldo conferre jus regalium & auferre Ecclesiæ, verum tamen, quia in qualicunque possessione dicebatur esse per Dominum Imperatorem, dixit quod non debebat hoc retractari nisi Duce presente vel absente ob Contumaciam. Huic sententie multitudo Laicorum consensit.



## L X.

INSCRIPTIO INSERTA MURO AD LATU S SINISTRUM, ALTARIS ECCLESIE B. MARIE VERONÆ.

A N N O M C L X X V I I.

**A**nno Domini MCLXXVII. VII. Kal. Aug. indict. X. D. Alexander PP. III. dedicavit Altare majus S. M. antique Verone in honorem B. Marie virginis ubi interfuerunt D. Ubaldus Ostiensis. Gualterius Albanensis. Gulielmus Portuensis. Conradus Sabinensis Episcopi Cardina-

les. & alii undecim Cardinales & D. Arman Teutonicus Marchio & D. totius Marchie Veronensis & alii multi ubi sunt reliquie plurime de sanguine D. N. Ihesu Christi de spinea corona de ligno S. †. de lancea Longini de pannis quibus involutus fuit D. N. Ihesus Christus de capillis B. Marie virginis de vestimentis & de velo suo de mensa Christi lapidea in qua cenavit cum discipulis suis de tribus magis Gaspare Baldeffare & Melchiore de B. Jo. Baptista de Beatorum Apostolorum Petri & Pauli Andree Jacobi Thome Barptolemai Simonis Thadei & Barnabe S. Martini Episcopi & Confessoris & S. Martini Pape & Martyris reliquiis. in qua quidem dedicatione instituit ut semper annuatim in die assumptionis B. M. Virginis & per totam octavam omnibus penitentibus confessis & contritis suorum peccatorum dictam Ecclesiam devote visitantibus & manus adjutrices porrigitibus singula die de injunctis sibi penitentiis centum annorum remissio esset. in aliis vero festivitatibus B. M. virginis in die S. Martini Episcopi & confessoris & per octavam & apparitionis Domini & per totam XLmam feria II. IIII. & VI. pro qualibet die L. Anno eos vero qui in mortis articulo eidem Ecclesie reliquerint & specialiter pro fabrica a pena & culpa absolvit.

Presbyter Joannes fecit fieri.

Nota. ONUPHRIUS PANVINTUS *Antiquitatum Veronensium*. Lib. VII. p. 183.

Inscriptionem hanc refert imperfekte & vitiose. Nostra haec ex authentico desumpta.

## L X I.

BULLA ALEXANDRI III. PAPÆ, QUA LAUSA-  
NENSIS ECCLESIAE JURA ET JURAMENTUM  
A BERCHTOLDO DUCE EI, PRÆSTITUM  
CONFIRMANTUR.

A N N O   M C L X X V I I I .

Alexander Episcopus. Venerabili fratri Rogerio Lausanensis ecclesie  
Episcopo, & Apostolice sedis Legato, ejusque successoribus cano-  
nico substituendis in perpetuum. Cogit nos summi Pontificatus auctori-  
tas fratribus & Coepiscopis nostris tam vicinis quam longe positis pater-  
na provisione consulere, & Ecclesiæ eorum gubernationi commissas in  
fuis Juribus confovere. Sed tibi & Ecclesiæ tuæ tanto folicitius adesse  
compellimur, quanto devotionem & probitatem tuam ex longa conver-  
satione & familiaritate manifestius sumus experti. Eapropter venera-  
bilis in Christo frater Episcopus. tuis justis postulationibus gratum imper-  
timus assensum & Ecclesiam Lausan. cui Deo authore preeesse dignosce-  
ris sub B. Petri & nostra protectione suscipimus — statuentes ut quas-  
cunque possessiones quæcunque Bona — in quibus hæc proprijs duximus  
exprimenda vocabulis, ea videlicet, que tempore Burchardi quondam  
Lausanensis Episcopi ab Heinrico Imperatore jam dictæ Ecclesiæ pia sunt  
devotione collata, & quæ tempore Amedei Predecessoris tui a Conrado

Illustri

Illustri Romanorum rege sunt sui scripti robore confirmata. scilicet muratum & Cubizaca, Potestatem de Corsiaco, de Polliaco, Vallem de Lustriaco. Quicquid Dux Rudolfus & sui habuerunt cum omnibus appenditijs suis sicut in scripto prefati Heinrici continetur. Et cum quique pastores positi sunt in ædificationem non iu destrunctionem apostolica auctoritate decernimus ut nec tibi nec tuis successionibus liceat bona Laufanensis Ecclesiæ distrahere vel alienare, sed potius que indebita distracta ad jus ejusdem Ecclesiæ tuo studio revocentur. apostolica quoque auctoritate nihilominus interdicimus, ne tibi aut ipsis de cætero licentia pateat Laufanensem *Majoriam* (a) alicui in feudum dare. Preterea felicis recordationis Patris & Predecessoris nostri Eugenii Papæ vestigijs inhærentes omnes donationes a Lamberto, qui a Viriberto Hæresiarcha ordinatus, Laufensi Ecclesiæ utcunque præfuit de rebus ipsius Ecclesiæ factas, evacuamus & irritas esse censemus. Ad hæc quia nobilis Vir *Berchtoldus* prædicta Amadeo Predecessori tuo & successoribus ejus hujusmodi dicitur prestitissimum juramentum, (b) quod in Ecclesia Laufensi liberam permitteret Electionem fieri, quod nihil eorum, quæ ab Episcopo tenebantur, sibi acquireret. Quod servitium, quod pro Chebrij & Lustriaco in mutatione Episcopi debebatur, ipse vel heres suus de cætero non exigeret, sed ea de manu sua Episcopus fine omni datione recipieret sicut & alia regalia, & quod ea quæ Ecclesia ipsa perdiderat, & quæ a longo tempore alienata fuerunt bona fide pro viribus recupe-

(a) *Majoria, Mairie.*

(b) Juramenti hujus formula supra extat ad Annum 1157.

---

rare juvaret, Quod ad villas Ecclesiæ suos non permitteret ire pro Pabulo vel alijs necessariis, nec in Villis ipsis hospitaretur & quod in Palatio Episcopi aut in Domibus Clericorum aut militum, eis invitatis hospitium non haberet, nec ab eodem Palatio vel Domibus quicquam violenter auferret. Juramentum ipsum ratum habemus & firmum sub interminatione Anathematis inhibentes, ne prefatus Dux vel hæres ejus contra ea, quæ diximus, juramento firmata, venire præsumat. Insuper tibi concedimus usum Pallij ex amore ad Sacra Missarum solempnia celebranda, ut eo utaris festivitatibus istis duntaxat: Videlicet in natali Domini, in festo B. Stephani, in Epiphania, in quatuor festivitatibus B. Mariæ, in Cœna Domini, in Sabbatho Sancto & Pascha, in Ascensione Domini, in Sabbatho Pentecostes, & in ipso festo Pentecostes in festo B. Johannis Baptistæ, in festo Beatorum Petri & Pauli, in festo omnium Sanctorum, in consecrationibus Ecclesiarum & ordinationibus Clericorum, in præcipuis festivitatibus Ecclesiæ Tuæ, in Anniversario Consecrationis Tuæ. Jura quoque & rationabiles confuetudines Ecclesiæ & Civitatis tuæ auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino &c. &c. &c.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus &c. &c. Datum Anagnij XVI. Kalend. Novembris Indict. XII. Incarnationis Dominicæ Anno M C L X X V I I I . Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. Anno XXI.

---

L X I I .

EXCERPTA EX BERTOLDI IV. ZARINGIÆ DUCIS  
CHARTA DE JURE CONSTITUENDI PLEBANUM  
TURICENSEM.

A N N O      M C L X X V I I I .

*Ex Hottingeri Hist. eccles. tom. VIII. pag. 58.*

**N**otum fieri volumus tam futuris , quam præsentibus , qualiter ego , Berchtoldus Dux & Rector Burgundiæ rogatu fidelium & ministerialium meorum , & Wernheri , Turegiensis Præpositi omniumque fratrum suorum nec non civium Turegensium controversiam , de Plebantu Ecclesiæ Turegensis inter nos habitam , ne periculum animæ meæ incurrerem , dimisi &c. Hæc autem facta sunt Anno ab incarnatione Domini MCLXXVIII. Indict. X. VI. non. Jul. in Capella S. Nicolai , sita juxta Monasterium Dominorum , regnante Friderico Imperatore , Præsidente Berchtoldo electo sedi Constantiensi &c.

L X I I .

EXCERPTA EX BERTOLDI IV. ZARINGIÆ DUCIS  
CHARTA DE JURE CONSTITUENDI PLEBANUM  
TURICENSEM.

A N N O      M C L X X V I I I .

*Ex Hottingeri Hist. eccl. tom. VIII. pag. 58.*

**N**otum fieri volumus tam futuris , quam præsentibus , qualiter ego , Berchtoldus Dux & Rector Burgundiæ rogatu fidelium & ministerialium meorum , & Wernheri , Turegensis Præpositi omniumque fratrum suorum nec non civium Turegensium controversiam , de Plebantu Ecclesiæ Turegensis inter nos habitam , ne periculum animæ meæ incurrerem , dimisi &c. Hæc autem facta sunt Anno ab incarnatione Domini MCLXXVIII. Indict. X. VI. non. Jul. in Capella S. Nicolai , sita juxta Monasterium Dominorum , regnante Friderico Imperatore , Præsidente Berchtoldo electo sedi Constantiensi &c.

## LXIII.

LITERÆ BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ AD  
FRIBURGUM CIVITATEM HELVETIÆ.

C I R C A A N N U M M C L X X I X.

*Ex Archivo Monasterii Altariæ.*

Berchtoldus Dux & Rektor Burgundiaæ. H. Sacerdoti & T. Sculteto ceterisque Burgenibus tam majoribus quam minoribus salutem & victoriam de inimicis. Nunciatum est nobis quod Domum de Altariæ, quam toto cordis affectu diligimus & in nostram tuitionem recepimus injustis exactionibus sive collectis gravetis; & hoc facitis pro Domo, quam in villa vestra habent, cujus occasione eos cogitis, ut adjutoribus vestris conductitiis donativam mercedem erogent, in quo graviter nos offenditis, quia Domum illam liberam eis ab omni censu & ab omni lego seculari fecimus. Insuper concessimus eis, quidquid domus eorum habet & investita est de omnibus, que ad dominium nostrum pertinent. Quapropter mandamus vobis sub obtentione gracie nostre precipientes ut quod eis remittimus, nullatenus exigatis, scientes quod qui eos offendit, nos offendit, quod ut ratum firmumque permaneat, sigilli nostri auctoritate confirmavimus. Valete.

NB. Sigillum appendens rotundum e cera, in area rubra Leonem aureum, a dextra ad sinistram salientem, exhibet, cum inscriptione: BERCH-  
TOLDVS DVX ZERINGIE ET BVRGVNDIÆ RECTOR.

C O D E X   D I P L O M A T I C U S

---

---

LXIII.

LITERÆ BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ AD  
FRIBURGUM CIVITATEM HELVETIÆ.

---

C I R C A   A N N U M   M C L X X I X.

---

*Ex Archivo Monasterii Altæripæ.*

Berchtoldus Dux & Rektor Burgundia. H. Sacerdoti & T. Sculteto ceterisque Burgenibus tam majoribus quam minoribus salutem & victoriam de inimicis. Nunciatum est nobis quod Domum de Altaripa, quam toto cordis affectu diligimus & in nostram tuitionem recepimus injustis exactionibus sive collectis gravetis; & hoc facitis pro Domo, quam in villa vestra habent, cuius occasione eos cogitis, ut adjutoribus vestris conductitiis donativam mercedem erogent, in quo graviter nos offenditis, quia Domum illam liberam eis ab omni censu & ab omni lege seculari fecimus. Insuper concessimus eis, quidquid domus eorum habet & investita est de omnibus, que ad dominium nostrum pertinent. Quapropter mandamus vobis sub obtentione gracie nostre precipientes ut quod eis remittimus, nullatenus exigatis, scientes quod qui eos offendit, nos offendit, quod ut ratum firmumque permaneat, sigilli nostri auctoritate confirmavimus. Valete.

---

NB. Sigillum appendens rotundum e cera, in area rubra Leonem aureum, a dextra ad sinistram salientem, exhibet, cum inscriptione: BERCH-TOLDVS DVX ZERINGIE ET BVRGVNDIÆ RECTOR.

---

---

## LXIV.

## CHARTA FUNDATIONIS PRÆCEPTORIÆ S. JOHANNIS IN BUCHSEE.

A N N O      M C L X X X.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Ego Berchtoldus divina favente clementia Constantiensis Ecclesie Episcopus; Quæ cautelæ studio geruntur, ut dampnosam oblivionem effugiant, & ad posteritatis notitiam pervenire valeant, scripturæ testimonio, & cautionis robore solent confirmari. Notum sit igitur presentibus & futuris Dei fidelibus, quod Cuno de Buchse, homo ingenuus, & sue potestatis, cum dominicum sepulcrum, ut in loco ubi *fletiverunt* pedes Domini adoraret, tribus vicibus visitasset, & in Xenodochio sancti Johannis in Hierosolimis Hospitalitatibus beneficentiam, qui in communionem peregrinorum, & curam pauperum longe & prope venientium impendere, considerasset, aliquid in gazophilatium Domini mittere gestivit, & qui heredes corporis non habuit, spirituales sibi heredes, sc. dominum omnipotentem, & dilectum suum Sanctum Johannem Christi Baptistam instituere propo- fuit, unde universa prædia sua, in villis, agris, vineis, sylvis, & pratis, nec non & omnem familiam, proprietatis jure sibi pertinentem, libera manu simul cum uxore sua Bertha, & Heinrico & uxore illius Salome illorum prediorum coheredibus libere & legitimè Sancto Johanni ad scriptum Xenodochium fine omni contradictione tradidit, &

Q 3

---

a possessione recessit. Ex quibus haec propriis nominibus significare duimus dignum; Buchse cum Ecclesia, hominibus, & universis qui sue possessionis inibi erant; Wanckendorf, Worlaufen, Vinetum Nügrolis, & Muntigilis, & apud turrim. Atque ut pii facti memoria in perpetuum vigeret, in scripta Ecclesia Hospitali ubi Domini pauperes, & egeni peregrini & transeuntes, qui eum in æterna tabernacula recipiant, suscipiantur, & temporalibus subsidiis attollantur, consenteiente venerabili Presbitero Arnaldo memorate ecclesie sacerdote, instituit Deo authore.

Facta sunt autem haec anno ab incarnatione Domini, 1180. præsidente Romanæ sedi Domino Alexandro hujus nominis Tertio. Regnante Frederico serenissimo Imperatore, anno regni ejus . . . Imperii . . . Friderico Duce Suevorum; *Berchtoldo Burgundiaæ Reftore*, Arnolto Comite. Testes autem hujus facti sunt, Abbas Lutholdus de Steine; Rudigerus Abbas de Waghinhusin, de choro nostro, Hermannus maioris Ecclesie prepositus & Olricus prepositus de Sancto Stephano. Albertus de Buslinane. Testes autem hujus sunt sacerdotes, scilicet Henricus de Bollingen; Petrus de Ergisdorf, Burchardus de Mure, Henricus de Munsingen, Hugo de Wichtrocho, & insuper XII. sacerdotes, ad confirmationem hujus facti introduco idoneos, testes laicos tam maiores quam minores; scilicet Comitem Arnoldum & frater suus Cono, & Rodolfus de Eigisdorf, & socii sui V. Otto fon Gerenstein & V. alii. Cono de Steltelon & II. domini, Burchart de Bremecart, & filius suus, & insuper LXIII. milites, qui omnes aderant.

---

LXV.

EXCERPTA EX CHARTA BERTOLDI IV. DUCIS  
ZARINGIAE DE LITE INTER CANONICOS TURICENSES  
ET PLEBANUM DE SWANLINGEN.

A N N O M C L X X X V.

*Ex Hottingeri Hist. eccl. tom. VIII. pag. 1179.*

**N**otum fit omnibus tam futuris, quam præsentibus, qualiter ego Berchtoldus de Zaringen, Dux & Rector Burgundiæ, & *Kastvaget* Turegensis Præposituræ, item, quæ fuit inter Canonicos Turegen-  
ses, & Lutoldum Plebanum de Svvâlingen in hunc modum deposui. &  
concordiam feci &c. Hæc autem facta sunt anno ab incarnatione Do-  
mini MCLXXXV. Indict. III. Epact. XVII. concurrente, 2. quarto Id.  
Aprilis in loco Turego.

## L X V I .

LAUSANENSIVM RECOGNITIO IN GRATIAM  
BERCHTOLDI V. ZARINGIÆ DUCIS.

A N N O   M C L X X X V L

*Ex Ruchat Historia Vaudi Mjpt.*

Ego R. dico in verbo veritatis, quod interfui Recognitioni, quæ facta fuit Duci Berchtoldo Patri istius Ducis à Canonicis, militibus & Burgenibus recognitum fuit, quod Clerici debent eum recipere cum processione & Burgenses debent illi duas procurationes, quas duo Burgenses cum familia Episcopi debent trahere de mandato Episcopi, qui etiam & sua familia debent procurari. Hanc recognitionem fecit Wilhelmus de Orsonens, Canonicus de Confilio & assensu tam Cleri quam Populi.

LXVII.

## LXVII.

EXCERPTA EX BERTOLDI V. DUCIS ZARINGIÆ  
LITERIS DE PLEBANO PRÆPOSITURÆ TURICENSIS  
EX CANONICIS ELIGENDO.

---

A N N O      M C L X X X V I I .

---

*Ex Hottingeri Hist. eccl. tom. VIII. pag. 6o.*

**I**n nomine Sancte & individue Trinitatis ego Berchtoldus de Zaringen,  
*Dux & Reſtor Burgundiæ, Dei & Imperiali gratia Turegici loci legi-*  
*timus advocatus, quod Kaſſoget dicitur: Venerabili Walthero, prædicti*  
*loci Præposito, Sanctisque Confratribus ejus in perpetuum &c. Anno*  
*ab incarnatione Domini MCLXXXVII. indictione V. Epaſta VIII concur-*  
*rente III. Præſidente Christianiſſimo Papa Urbano, Imperante glorioſiſſi-*  
*mo Romanorum Imperante Friderico: Epifcopo Hermanno Constantien-*  
*ſem Diocesin gubernante.*

---

*Cod. Dipl.*

R

## LXVIII.

CHARTA CLEMENTIS III. PONT. QUA SENTENTIAM  
EPISCOPI CONSTANT. DE JURE FUNDATIONIS TRIUM  
ECCLESIARUM DE CHILCHEIM, EIMUOTINGEN  
ET MATRA CONFIRMAT.

A N N O      M C X C.

*Ex Tabulario Collegiatæ D. Petri Basili.*

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Algoto Lupolto & Theodrico de Chilcheim salutem & Apostolicam Benedictionem. Quotiens litigia super rebus ecclesiasticis orta ad legitimam discussionem deveniunt & in iudicio proposita diutius disceptationibus partium ventilata per diffinitivam sententiam mediante prelatorum discretione legitime sponuntur, decens est atque conveniens ne iterum alicujus temeritate in contentionis scrupulum relabantur, sententias ipsas sedis apostolice auctoritate firmare. Cum autem super jure foundationis trium ecclesiarum de Chilcheim videlicet Eimuotingen & Matra inter vos & B. abbatem de Stein questio emersisset, vobis, quod intendebatis, legitima testium assertione probantibus, sententia fuit pro vobis legitime promulgata, quam bone memorie O. olim Constantiensis Episcopus confirmavit. Nos itaque eandem sententiam, sicut rationabiliter lata est nec legitima appellatione suspensa ratam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confir-

mationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpferit indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus noverit se incursum. Datum Laterano VIII. Id. Februarii Pontificatus nostri anno tertio.



## L X I X.

INNOCENTIUS III. PONT. HOSPITALE , TIGURI  
A BERTOLDO V. ZARINGIÆ DUCE FUNDATUM, IN  
PROTECTIONEM RECIPIT.

A N N O   M C C V I I .

*Ex Registro Innocentii III. de A. 7. Epist. 16.*

Priori & fratribus hospitalis de Thuregum. Solet annuere &c. usque annuentes : personas & hospitale vestrum, quod dilectus filius nobilis vir . . . . . Dux Zeringie pro fuorum peccatorum remedio fabricavit, cum omnibus bonis que in presentiarum &c. usque communimus. Ad indicium autem protectionis a nobis obtente Aureum unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis.

Nulli ergo &c. Datum Laterani III. id. Maj. Anno VII.

Nota. Chartulam hanc, quæ nonnisi Summarium Chartæ est, cum aliis Pontificum Rom. Epistolis, suo loco insertis, Illustris GARAMPIUS, Tabularij in Vaticano Custos, præstantis doctrinæ Vir, nobis transmisit, postquam Zaringiæ Ducum Historia jam exierat prelo.

## L X X.

CHARTA TRADITIONIS MONASTERIO FRIENIS-  
BERGENSI FACTÆ, A RUDOLPHO COM. DE  
THIERSTEIN.

A N N O M C C V I I .

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum, necesse est, ut quæ a fidelibus juste & rationabiliter facta sunt, scripto conserventur, ne per oblivionem e memoria hominum dilabantur; Hinc est quod & futuris notificamus, quod *Comes Rodolfus de Thierstein*, cuius parentes Abbatiam de Frienisperc, prædiis, dote, & privilegiis fundaverunt, ipse prædia amplificavit, sicut subter annotatum est, & privilegiari expostulavit; Verum ut hæc doatio breviter & veraciter, demonstretur, prædicto monasterio & fratribus ibidem Deo famulantibus totaliter & libere quicquid habebat in inferiori Wilere dedit, & omnia quæ habebat in villa quæ dicitur Elwile, cum feudo Tetrici, cum omni jure, cum omnibus attinentiis, cum omni libertate nihil penitus excipiens; dedit præterea in confinio prædictæ villæ Elwile, quod vulgo dicitur Sale, Turni, & Erithal, & Hirfera; Insuper dedit inter Curtem de Reide & Abbatiam nemus quod Stochera vocatur, cum vicina sylva quæ tangit terminos villæ, quæ Mönchilcha dicitur cum adjacente terra, quæ vocatur Trib, usque ad lapidem Crisium, & abinde usque ad lapidem qui dicitur Tegerstein

cuncta quæ inter præscriptos terminos habuit universaliter, integraliter, & fideliter donavit, tam ipse, quam filius ejus Rodolfus, laudante uxore ejus Kepa, cum filiis & filiabus eorum, collaudante simul uxore filii Sophia; Hi omnes pariter voto & unanimi voluntate dederunt, Deo & beatæ Mariæ, tactis sacrofanctis reliquiis, & nihil juris in præfata donatione se habere professi sunt, a modo & in perpetuum; Pastura pecudum seu animalium sine damno, tam in prædiis Abbatiae quam Comitis communis est, pro his autem dederunt prædicti fratres XL. Marcas, & unam Hubam in dem Oberenwile; Acta sunt hæc anno dominicæ Incarn. MCCVIII. Indictione undecima; Sedi Apostolicæ præidente piissimo Papa Innocentio. Constantiensis Ecclesiæ sedem tenente Episcopo Wernhero. *Ducatum Burgundia (a) potenter regente Luce Berchtoldo.* Hujus rei testes sunt ipse Abbas Rodolfus, & Conradus Sacerdos, & ipse Comes Rodolfus, & Cono miles de Tetsperc, & Petrus Villicus, Petrus & Burcardus nepos ejus, Milites de Schuphon; & alii quam plures diversæ dignitatis & ætatis; Igitur sicut hæc pro salute vivorum, ac mortuorum cum omni justitia & veritate facta sunt, ita maledicto se noverit traditum, qui hæc aliquo dono vel machinatione infringere temptaverit.

---

(a) *Ducatus hic dicitur Burgundia Transjurana, quæ supra ad A. 1133.*  
*Comitatus.*

---

## LXXI.

FRIDERICI REGIS SICILIÆ, UT DUCIS SUEVIÆ,  
LITERÆ, QUIBUS MONASTERIO TENNEBACENSI PRÆDIA  
MUNDINGEN ET VERSTETTEN CUM RELIQUIS EJUS  
JURIBUS CONFIRMAT.

---

A N N O      M C C X.


---

*Ex autographo Tennebacensi.*

Fredericus - - - Rex Siciliæ. Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, in Conspectu Divinæ Majestatis - - - - Cum ergo ob reverentiam Regis Regum religiosa Loca pia consideratione respicere teneamur, considerantes precipuè fervorem religionis, quæ in sacro Monasterio quod Porta Cœli dicitur, & antea *Tennibac* vocabatur, per exhibitionem operis Domino exhibitur - - - ad instantiam fratris Corradi Monachi de gratia serenitatis nostræ concedimus, & confirmamus eidem monasterio in perpetuum preedium in *Mundingen*, quod idem monasterium ab hospitalariis emit, & *Versteten*, quod Corradus de Suarcimberc, advocatus, & uxor eius eidem monasterio contulerunt. cum omnibus appendiciis suis. Concedimus quoque eidem monasterio & confirmamus Omnia quecumque concessione Pontificum, largitione Principum, Dono Comitum vel Baronum, & aliorum oblatione fidelium in presentiarum juste & rationabiliter possidet, aut in futurum justo titulo prestante Domino poterit adipisci. Ut ergo - - -

hæc nostræ pietatis concessio firma sibi & illibata subsistat, presens nostræ Majestatis privilegium per manus Aldoini Notarii & fidelis nostri scribi, & nostræ Majestatis sigillo jussimus communiri. Anno & die subscriptis -

- Data in Civitate *Cathanie* per manus Gualt - - - Cathanien-  
sis Episcopi & Regni Sicilie Cancellarii. Anno Dominice jncar. M.CC.X.  
mense januar. XIII. indict. regni vero Domini nostri Frederici - - -  
anno Duodecimo - -



## LXXII.

BERTOLDUS ZARINGIÆ DUX, ABBATIÆ  
TURICENSIS FUNDATIONEM ATQUE JURA  
CONFIRMAT.

A N N O      M C C X.

*Ex autographo tabularii Turicensis.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi. BERCHTOLDUS Dux Zaringie,  
Dei & Imperatorum ac Regum dono constitutus *Judex & Advocatus*,  
qui vulgo *Kastvogt* dicitur, id est, in omne Thuregum Imperiale Ju-  
risdictionem tenens, Thuricensi Abbatie in perpetuum: Cum ex condi-  
tione mortalium rerum etas omnium defectum inducat, ita ut clarissi-  
morum tum nomina quam gesta pro fluxu temporum plerumque contin-

gat abrogari, visum est temporibus nostris expedire, ut primi fundato-  
ris predicte Abbatie scilicet Domini Ludovici Regis acta pro firmitate &  
incremento ipsius abbatie, nos etiam nostro rescripto feliciter innove-  
mus. Que ergo annulo regali & publico sigillo signata ex antiquis pri-  
vilegiis prefati Domini regis & exposita sincere ac diligenter intellexi-  
mus ipsa hec eadem nihil prorsus addentes, nec aliquid inde minuen-  
tes eodem tenore ipsi abbatie Sanctorum Felicis & Regule martyrum  
hac presenti pagina roboramus. Imperiali ergo auctoritate, qua super  
universum Thuregum nos aliique nostre profapie decessores, Dei, Re-  
gum ac Imperatorum dono prediti sumus, hoc fancimus & decernimus,  
ut predicte Abbatie nostre terra, que vocatur Salica, ad quamcumque  
Curtem monasterii pertinens bis in anno vacet in Kal. Maji & in festo  
Michaelis Archangeli S. omnes Decime monasterii vacent ij. Idus  
Novembris, preter eas, quæ sunt in Urania, hæc namque bis in anno  
vacare debent III. Kal. Ap. & in Kal. Julii. Piscature vero in festo An-  
dree, cum suis pertinenciis, mole quoque cum suis appendiciis IIII.  
non. Januarii, Custodie nemorum cum universis attributis suis XV.  
Kal. Aprilis, Taberne cuiuslibet Curtis in festo Baptiste: Theloneum  
falis & cura pastoralis in vigilia nativitatis Domini, & hec nulla un-  
quam contradic̄tio valeat impedire. Inhibemus quoque sicut & ab ipso  
primo fundatore inhibitum reperimus, ut in hoc de his que pertinent  
ad predictum monasterium nostrum, ulli unquam liceat, aut alienare  
aut in deterius permutare. Ceterum si contra hanc prohibitionem, siue  
utilitatis siue necessitatis causa fortasse aliquid contingat fieri fiat  
consilio & ab honestis personis previo Juramento quidem expiat, &

ne

ne factum in posterum irritetur in scripto redactum tam sigillo Sanctorum Martyrum F. & R. quam & publici Judicis roboretur: Ut autem hec confirmatio nostra firma semper maneat prout de supradictis omnibus, coram nobis & ministerialibus Abbatie sententialiter pronuntiatum fuit, hanc descriptionis nostre paginam sigilli nostri munimine stabilimus: Actum in Burgundia in Castello Burgdorf. Anno ab incarnatione Domini M. CC. X. Indict. XIII. Anno Domini Imperatoris I. Ottonis — VI. Kal. Aprilis. In Dei nomine feliciter. Amen.



### LXXIII.

EX LITERIS FRIDERICI II. IMP. ARGENTINENSIBUS  
DATIS DE LIBERATIONE EGENOLFI DE  
LANDSPERG.

A N N O      M C C X I I .

*Ex Wenckeri collectis Archiv. & Cancell. juribus. p. 353.*

**F**ridericus &c. Quemadmodum nostro culmini supplicasti, ut pro Egnolfo de Lantsperg concive vestro, quem per *Henricum Marchionem de Hahperg* diciis captivatum; eidem Marchioni pro liberatione ipsius mitteremus nostras litteras efficaces. Ita noveritis nos jam dicto

*Cod. Dipl.*

S

---

Marchioni nostris literis dedisse firmiter in mandatis, ut Egnolfum predictum indempnem per omnia pristine restituat libertati. Datum in Constantia Id. Junii. Regni nostri anno primo.

---



## L I V.

EX ALIIS FRIDERICI II. LITERIS DE EODEM  
NEGOTIO.

---

A N N O      M C C X I I .

---

*Ex Wenckeri libro laudato, p. 353. sq.*

**F**ridericus &c. Quemadmodum nostram Majestatem vestris nuper literis requisistis, ut Advocatos nostros per Alsatiam & Civitates ibidem, Vobis adesse mandaremus suis auxiliis & consiliis contra Heinricum Marchionem de Hochberg, pro liberatione Egelolfi de Lantsperg, ita noveritis nos Nobilibus Viris Ulrico Comiti Phirretarum, & Ottoni de Ochsenstein, Advocatis nostris Provincialibus, dedisse firmiter in mandatis, ut vobis in hoc negotio una cum Civitatibus Imperii cooperentur, auxilio efficaci. Datum in castris ante Ezzelingen, craftino Laurentii, Regni nostri anno primo.

---

LXXV.

CHARTA CONRADI CONSTANTIENSIS EPISCOPI,  
QUA BURCARDO MINISTRO DE KILHHAIN JUS PATRO-  
NATUS IN TRES ECCLESIAS, KILHHAIN, MATIR  
ET EMMOTINGIN, VARIIS RATIONIBUS,  
COMPETERE DECLARAT.

---

A N N O      M C C X V.

---

*Ex tabulario S. Petri Basileæ.*

In nomine Sanctæ & individue Trinitatis. Ego Conradus Constantiensis Episcopus Christi fidelibus præsentibus & posteris salutem in Domino. Res in litigio posita in judicium sæpius deducta postquam juris servato ordine per diffinitivam sententiam finem acceperit & sponita fuerit ne iterum forte oblivione vel aliqua maliciofa temeritate partium in item resurgat. decens est ut veritas dijudicata scripto commendetur & munimine sigillorum roboretur. præsentibus igitur & posteris plenius innotescat quod Burcardus minister de Kilhhain conditione liber contra adversarios suos per multa obtinuit judicia jus patronatus in hiis tribus ecclesiis Kilhhain, Matir, Emmottingin & hoc jure fundationis, quosdam etiam cognatos suos Algotum videlicet qui secum jus habuit patronatus in ecclesiis dictis & alios quosdam qui sibi esse patronatum in illis dictabant per intercessionem pecuniæ & Patrimonii sui a jure patronatus quod

S 2

habebant vel habere volebant removit & exclusit , postmodum ad maiorem facti fui & justiciæ suæ roborationem comparuit coram nobis in præsentia multorum tam clericorum quam laicorum apud Haitirshain plura nobis ibi exhibens instrumenta de re judicata sibi loquencia & quod quieta possessione deberet gaudere juris patronatus ecclesiarum saepius dictarum fideliter affirmantia. produxit etiam ibi quosdam senes viros satis ut videbantur honestos qui jurati affirmabant eum legitime posse disse patronatum istarum ecclesiarum. Nos autem cognita justicia dicti B. præsentem paginam ad ipsius petitionem veritatem & justiciam suam continentem conscribi fecimus munimine nostri sigilli consignatam. Testes autem justiciæ suæ fuerunt Hainricus Heinburge Wernherus villicus de Kilhchain. Conradus Belleh. Præfentes autem erant. de Brifaco & de Betbur deeani, H. plebanus de Niowinburg. Ulricus plebanus in Hertinhain. Hainricus camerarius & plebanus in Tegirnowe. Wernherus plebanus in Wolbach. Hugo miles de Emperingin. Gotefridus miles de Badin. Fridericus miles de Mulnhain. Rodolfus de Witilinkon. Rodolfus Villicus de Strale. - - & Baldiprehtus Marschalcus ministeriales ecclesiæ nostræ & alii quam plures tam clerici quam laici. Acta sunt hæc Anno ab incarnatione Domini 1215. quinto Kal. Decemb.

LXXVI.

HERMANNI ET FRIDERICI, MARCHIONUM BA-  
DENSIVM, LITERÆ DE PRAEDIO ABBATIÆ  
TENNEBAC. VENDITO.

ANNO MCCCXV.

*Ex autographo Tennebacensi.*

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Nos HERMANNUS & FRIDERICUS Marchiones de Badin - - - intimamus quod cum dilectus fidelis noster Heinricus de Lare premium a nobis quod est juxta Spicenbach (a) in montanis, que a vulgo dicuntur Brechebonot, (b) jure feodali possideret, idem premium pro certa quantitate pecunie, XIII. vide-licet marcharum & unius libre Briscaugensis monete recepta ab Abba- te Bertoldo de Tennibach & ejusdem loci fratribus nobis sponte & pacifice resignavit, prece humili supplicans, ut jam dictum premium mona-sterio eidem traderemus jure perpetuo possidendum. Quia ergo libera- litas Principum circa honestas peticiones, que ad augmentum religionis spectare noscuntur, solet animum facilius inclinare, perpendentes utilitatibus animarum quam maxime expedire ut qui foli Domino vacare decreverunt, rebus exterioribus adjuventur, ut per hoc licentius spiri-

(a) Bihorio distans à Thennebaco , congeries curtum.

(b) Hod. Breitebnet.

talibus vacent exercitiis - - - ad petitionem dilecti consanguinei nostri Bertoldi Abbatis de Tennibach duximus voluntati hylari annuendum. Igitur pretaxatum premium prefato monasterio cum terris, pratis, cultis & incultis - - - libere & pacifice, ita quod nec nos vel predictus miles Henricus de Lare nec aliqua in toto mundo persona advocatie vel prorsus aliquod jus contra voluntatem fratrum de Tennibach in illo sibi audeat usurpare, libenti animo damus - - - volentes ut de pecunia data in premium sepe nominati predii, si nobis placuerit, a supradicto milite premium aliud ematur, quod a nobis loco predicti feodali beneficio possideat, ne venditionis predice occasione hominis ipsius debitum servitium amittamus.

Data Id. Martii in castro *Hahperc* Anno ab incarnatione Domini M. CC. XV.



## LXXVII.

DE BERTOLDO V. ZARINGIÆ DUCE, TENNEBACENSIBUS INFESTO.

C I R C A A N N U M M C C X V I.

*Ex Cod. Tennebac. vita B. Hugonis ord. Cisterc.*

**D**um piæ recordationis D. Papa Innocentius III. qui Romæ Concilium celebravit, Apostolicæ sedi præsideret, prædictus *Dux de Zeringen* Tyrannidi suæ modum non ponens in Curia Romana non solum

de malitia suæ Tyrannidis , sed etiam de infidilitate a multis graviter accusabatur. Ea tempestate prædictum Monasterium Tennenbach regebat D. Bertholdus Abbas , nobilis quidem genere , sed nobilior fide & Religione , filius Sororis ejusdem Ducis , pater vero ejus Comes de Urach nobiliter fuerat simul & bene procreatus. Detestabatur itaque Abbas idem avunculi sui vesaniam , unde & ipsum exosum habebat , quia non est Communicatio Christi ad Belial , nec fidelis ad infidelem , præsertim quum ei mundus crucifixus esset & ipse mundo. Unde accidit , ut idem Abbas veniens a Curia Romana quibusdam sui Monasterij privilegiis renovatis , alijsque denuo impetratis , a Duce videlicet avunculo suo vocatus venire non distulerit , nullo ejus amore ductus , sed sui Monasterij jaucturam metuens Principis mandato parere non recusabat. Ingressus itaque Curiam Ducis , ipsum cum suis ministris & militibus in Castro Freiburg jucundum & hilarem invenit , ludo & aleis quibusdam deditis , alijs vero choreas ducentibus , & ad vocem Organi cantantibus gaudium mundi , quod est instar puncti , perpetuis gaudijs stultissime prætulerunt. Nec mora ; vix salutatione præmissa Tyrannus aggressus est inquisitionibus Abbatem de statu Curiæ Romanæ , & de multis alijs , de quibus non est opus scribere , ne prolixitas mater fastidij in hoc opere accusetur : idem vero Abbas suam narrationem breviter complevit , quod palatum ei carcer esset , solitudo vero paradisus , sed quia mala conscientia semper præsumit sœva , quamvis prædictus Dux foris videretur , ut Leo rugiens in persecutione , intus tamen lepus pavidus erat , formidando Ecclesiæ gladium , videlicet Excommunicationis sententiam : Portæ enim inferi non prævalebunt adversus Ecclesiæ Autoritatem , quia fundata supra firmam petram. Unde idem Dux conscius suæ iniquitatis quæsivit

ab Abbe quadam subsannatione, an quidquam dextre vel sinistre de ejus persona in Curia tractaretur, præsertim quùm ejus fama Germaniam & partes Galliæ graviter occupasset. Ad hæc Abbas intrepidus armis spumantibus munitus Tyranno rotunde respondit, Vestræ quæstioni aliud mallem responsum dare, quia non potero esse boni nuncii bajulus, si vobis ipsam dixero veritatem. Hoc Tyrannus audiens furore repletus cum indignatione sciscitabatur, quænam essent, de quibus sibi Abbas responsa negaret. Ad hæc Abbas imperterritus, Domine, inquit, Vobis plane imponitur macula infidelitatis & tyrannica rabies, per quam longe lateque belligeratis committendo sœva per oppressionem indebitam viduarum & pupillorum. Tunc exclamavit Dux cum maximo furore, & omnes astantes hortatur, dicite, inquit, Abbas de Tennebach pessimus hæreticus est, & sic expulit eum conspectu suo, & perversè jurando omnibus dicebat, nisi fuisset fororis suæ filius, ipsum de rupe Castris juberet pessime præcipitari. Ab isto tempore idem Dux & tyrannus Monasterium Tennebach moliebatur funditus evertere, unde accedit, quod lapides quadratos & politos partium inde tulit, & vasa vinaria post vindemias in possessione ipsius Monasterii frangi & effundi militibus præcepit. Milites vero timorem DEI habentes, pauperibus Christi cupientes pia fraude subvenire, vas quoddam vacuum rumpentes alijs vino plenis pepercerunt, ut citius ad locum tutiorem vina sua transveherent, ne deterius eis contingere. Quid plura? nisi abbreviati fuissent dies ejusdem Tyranni per mortem, quam sua feritate accersire quodammodo nifus est, Monasterium omne in rebus & personis penitus destruxisset. Ad nostrum igitur

propositum

propositum nobis recurrentum est, narrationem illius boni hominis prosequendo, cuius memoria in benedictione est, attentes verbum Sapientis: Memoria justi cum laudibus, nomen vero impii putreficit, Vnde Tragœdiæ Ducis finem hic imponimus, in qua licet exceſſe videamur, quia indignum huic inferuimus opusculo ad declarationem subsequentium, sed excusat illud Sapientis: Opposita juxta se posita magis eluſescunt.

()

## LXXVIII.

LITERÆ HONORII III. PAPÆ AD EPISC. BASILEENS.  
DE CONTENTIONE INTER HUNC ET BERTOLDUM V.  
DUCEM ZARINGIÆ ORTA.

A N N O M C C X V I I.


*Ex Reg. Anni II. Literarum Honorii PP. III. tom. I. ep. 939.*

**H**onorius Episcopus servus servorum Dei. Venerabili Fratri . . .  
Basilensi Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem.  
Tua fraternitas intimavit, quod cum inter te, ac dilectum filium nobilis  
virum Ducem Zaringie super quibusdam possessionibus ad Eccle-  
siam Tuam spectantibus, quas W. Basiliensis Electus Predecessor tuus  
eidem in feudo dicitur concessisse contentio suborta fuisset, tandem,  
ut laboribus, & indemnitati Ecclesie parceretur in . . . Deca-

*Cod. Dipl.*

T

num, & . . . Prepositum Basiliensem, & alios, quos eisdem duceres adjungendos fuit a te, ac Duce prædicto, tamquam in Arbitros compromissum si noster super hoc interveniret assensus. Quare nobis humiliter supplicasti, ut cum per arbitrium ipsum credas Ecclesie cum commoda provenire, tibi super hoc providere misericorditer dignaremur. Quo circa fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus non obstante juramento, quod de revo-  
candis possessionibus, quas idem W. minus licite alienaverat corporali-  
ter præstitisti arbitrium ipsum, si Ecclesie tue videris expedire, de li-  
centia nostra subeas Capituli tui super hoc interveniente consensu. —  
Datum Laterani III. Idus Martii Pontificatus Nostri Anno secundo.



## LXXIX.

BULLA AUREA FRIDERICI II. IMP. CIVITATI BER-  
NENSI CONCESSA, IN QUA DE CONRADO ET BERCHTOLDO V.  
DUCIBUS ZARING. FRIBURGI IN BRISGOVIA ET BERNÆ  
CONDITORIBUS HONORIFICA  
FIT MENTIO.

---

ANNO M C C X V I I I .

---

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus & Rex Sicilie; Dilectis devotis Sculteto consulibus & universis Burgensi-  
bus de Berno in Burgundia, gratia sua & omne bonum.

---

Quum Berchtoldus Dux Zeringie Burgum de Berno construxit cum omni libertate, qua Conradus Friburgum in Brisgau construxit, ac libertate donavit secundum Jus Colonensis Civitatis, Heinrico Imperatore confirmante, & cunctis principibus corone Romani Imperii, qui aderant consentientibus, notum fieri volumus Vobis & universis presentem paginam usque in ævum inspecturis, quod nos authoritate regiæ celsitudinis ipsum Burgum de Berno & universos Burgenes ibidem nunc commorantes & postmodum illuc transmeantes, in nostrum & Imperii Romani Dominium recepimus & defensionem, in perpetuum vos liberos facientes & posteros vestros & absolventes ab omni servitii exactione, qua oppressi fuistis, nisi tamen à censu domorum & arearum vestrarum, videlicet de qualibet area centum pedes in longitudine & sexaginta in latitudine habente duodecim denarios usualis monetæ singulis annis de fundo Imperii persolvendos, per cuius census solutionem vos & posteros vestros liberos esse volumus ab omni alia servitii exactione à nobis & à cunctis successoribus nostris vel nostris Vicariis & hanc libertatem & immunitatem vobis & posteris vestris potestate Regia confirmamus.

Demum omnia supra scripta Jura & Libertates, nec non & illa omnia, per que & in quibus Conradus Dux Zeringie Friburgum in Briscaugia construxit & libertate donavit, secundum Jus Colonensis Civitatis juramento prestito cum duodecim nominatissimis ministerialibus suis super sancta sanctorum & insuper manu dextra sua data in manum liberi viri nomine juramenti, quod ipse & posteri sui ipsis semper eadem jura inviolabiliter observarent nec ulla ratione infringerent nec

---

non & illa Jura & Libertates, que Berchtoldus Dux, quondam Dominus vester dedit & confirmavit, & insuper omnia Jura, & Libertates, que in Rodalibus vestris communi & fano consilio decreveritis apponenda vobis & cunctis posteris vestris, auctoritate Regia concedimus & confirmamus presentibus & annuentibus Corone nostre Principibus vide-licet Dei gratia Metensi & Spirensi Episcopo Cancellario nostro, eadem gratia Bambergensi Episcopo, Lodevico de Detingen (Oettingen) Gotfrido de Hochenlou, Anselmo de Justingen, Consiliario Curie nostre, magistro Cunrado de Ulma notario nostro, Eberhardo de Winterstetten Pincerna, Cunrado de Walpurch Dapifero - - - - de Papenheim marescallo nostro & aliis quam multis Principibus & fidelibus nostris laudantibus & assensum prebentibus universis.

Vt autem hæc à posteris nostris rata & firma permaneant & in perpetuum illibata, prefens instrumentum vobis & posteris vestris conscribi & dari fecimus, & sigillo aureo nostre Regie Celsitudinis communiri. Datum apud Franckenfurth anno gratie MCCXVIII. septimo decimo Kalend. Maji. Sexte Indictionis.

---

---

## LXXX.

CHARTA HONORII III. PONT. QUA COMPOSITIO-  
NEM DE JURE PATRONATUS TRIUM ECCLESIARUM,  
KILCHEIM, MATERA ET EMMUETINGEN, ME-  
DIANTE CONSTANTIENSI EPISCO-  
PO FACTAM, CONFIRMAT.

A N N O      M C C X I X.

*Ex Tabulario S. Petri Basileæ.*

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Volmaro Ple-  
bano de Kilheim & Burchardo fratri suo salutem & apostolicam  
benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem pre-  
bere consensum & vota, que a rationis tramite non discordant effectu  
prosequente complere. Eapropter dilecti in Domino filii vestris justis  
postulationibus grato concurrentes assensu compositionem inter vos ex  
parte una & Algottum ac quosdam alios Constantiensis dioecesis ex altera  
super jure Patronatus de Kilheim de Matera & Emmuetingen ecclesiarum  
mediante venerabili fratre nostro Constantiensi Episcopo amicabili-  
ter initam sicut sine pravitate provide facta est, & ab utraque parte  
sponte recepta & in Instrumento ejusdem Episcopi confecto exinde con-  
tinetur, auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patroci-  
nio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam

T 3

---

nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Viterbii II. Id. Decembris Pontificatus nostri Anno Quarto.



### L X X I.

CHARTA BERTOLDI LAUSANENSIS EPISCOPI,  
QUA ADVOCATIAM LAUSANENSIS ECCLESIAE, POST  
MORTEM BERTOLDI ULTIMI ZARINGIÆ DUCIS  
RECEPTAM, NEMINI IN POSTERUM SE  
CONCESSURUM PROMITTIT.

---

A N N O      M C C X I X.

---

*Ex authentico Schmidiano Bernæ.*

Bertoldus divina miseratione Laufanensis Episcopus. Omnibus tam futuris quam presentibus rei geste memoriam. Pastorum cura diligens ab ovili debet lupos arcere, & ex malis preteritis futura impostorum vigilancius precavere. Eapropter dignum duximus apicibus annotari, quod cum *Bertoldus Zaringie Dux* advocaciam Laufanensem longo tempore tenuisset, quam contra voluntatem predecessorum nostrorum sibi per emptionem indebitam usurpaverat; que advocacia cum hominum ligium deberet Episcopo, memoratus Dux nec hominium nec aliud inde servicium ecclesie fecisset, sed de bono mali causam assumens, in

posseffiones ecclesie rapinas, incendia, homicidia, lesiones, membrorum mutilaciones, non solum in laicis, sed in clericis & fæcerdotibus exercebat, eodem duce mortuo, nec malicie sue meritis filium vel filiam relinquente, dicta advocacia etiam ad manum nostram secundum jus libere devoluta; Nos igitur timentes, ne si dictam advocaciam infederemus alicui, exemplum perpetrate per eam malicie imposterum diriveremus, consilio fratrum & hominum nostrorum eandem advocaciam in manu nostra retinuimus & Altari beate Marie obtulimus, in manu fæcerdotis canonici juramento confirmantes, nullo alienacionis modo eam a nobis de cetero dimittendam, nisi per equitatem inevitabilis judici hoc facere cogeremur: & tunc consilio Capituli nostri pre cunctis aliis ute-remur. Interfuerunt huic facto Cono Prepositus, Willielmus thresaуarius, Rodulfus Cantor, Willielmus Prior S. Marii, Galterus sacrista, Petrus Chey, Joseph, Gioldus Carbo, Nicholaus de Hyens. Nicholaus de Willens, Magister Halanus, Magister Adoycus, Uldricus de Vanel, Gioldus Dapifer, Willielmus de Grancon, Petrus de Vileta, Cono de Vonz, Jacobus de Grallie, Petrus de Fruenci, Raymundus de Roveno, Amedeus, Johannes de Coffonaj, Canonici Laufanenses, Hyeblo de Escublens, Nicholaus Dapifer, Umbertus Villicus, Petrus de Laufana, Willielmus Bever, Milites. Actum in vestibulo Laufanensi, Anno incarnationis Domini MCCXIX. XI. Kal. Februarii, sigillo nostro pro firmitatis robore confirmatum. Datum per manum Roderici Cantoris & Cancellarii nostri.

---

---

## LXXXII.

RUDOLPHI, DYNASTÆ USENBERGICI, LITERÆ  
DE PRÆDIIS ABBATIÆ TENNEBACENSI  
VENDITIS.

A N N O   M C C X I X.

*Ex tabulario Abbatiae Tennebacensis.*

In nomine Domini. Ego R. de Vsenbe - - - Cum simus mortales - - -  
sciant ergo, quorum interest, tam præsentes, quam futuri, quod  
Joannes de Kencingen Conditione Miles jure proprietatis noster. Cum  
haberet agros & prata in vicinia Curtis cuiusdam *Langenbogen* Ten-  
nibach pertinentis. receptis ex Pacto X. Marcis à Domino C. per idem  
tempus ejusdem Domus Abbate eosdem agros & quidquid ibi habebat,  
prato tantum excepto, in manus nostras resignavit, non solum autem  
ipse, sed & uxor & filii & filie sue jam dictos agros nobis resignaverunt,  
erant enim ut vulgo dicitur *erbilehin*. & ipse J. Censum inde constitu-  
tum, id est XXX. Denn. de manu nostra feodaliter tenebat. Resig-  
natis ergo nobis agris eisdem nos & filii nostri rogatu ejusdem J. eos  
jam dicto Domino Abbatii & fratribus ipsius de Tennibach *rehtim erb-*  
*lehen* pro VI. Denn. annuatim exinde persolvendis in perpetuum con-  
cessimus possidendos. Duos autem sol: quos adhuc de Censu antè dicto  
supererant de prato, quod idem J. sibi retinuerat annuatim, nobis per-  
solvi statuentes - - - - - item  
Heinricus de Valkenstein cum haberet agros & prata in eodem loco de  
manu

manu nostra feodaliter receptis etiam ex pacto XII. marcis in supradicto Domino Abate & fratribus ipsius de Tennibach eosdem agros & prata & omnino quidquid ibi habebat, nobis resignavit. Itemque nobis de predio suo proprio tantum assignavit et dedit in Villa Endingen, rursumque de manu nostra feodaliter recepit, quod ad Valentiam XII. marcarum poterat estimari. sic enim Abbas et fratres sui nobiscum et cum ipso H. de Valkenstein convenerant. ut nos eodem predio vel alio si nobis ita competeret. agros et prata supradicta quorum proprietas ad Comitem R. de Habisburch spectabat ab eodem Comite eximeremus, et sepedictus Abbas et fratres sui eosdem agros et prata taliter coemtos idem à Comite R. nobis libere donatos de manu nostra *ze rehtim erblehen* reciperent et pro VI. Denn. annuatim exinde persolvendis in perpetuum obtinerent. his omnibus ita ordinatis nos eis agros et prata, de quibus ante diximus juxta formam supra scriptam in Campo, qui est Gundelvingen et Tenhilingen, in præsentia multorum concessimus. Ut autem hæc transactio et Concessio - - - stabilis etc. Acta sunt hæc anno ab incarn. Domini M. CC. XIX. XVI. Kal. Decembr. iudic. VII. testes Comes Egino - - - - testes autem prioris donationis, que facta est in Castro nostro Kurinbe. in prima porta superiori, eodem anno in proxima secunda feria ante ascensionem Domini, hi sunt, Eberhardus Spanhart etc. Sciendum est etiam, quod predium, quod Heinricus de Valkenstein nobis dedit et iterum feudali jure à nobiscepit in Villa Endingen situm est, et vocatur in volgari Johannes Guot, qui Blatre est cognominatus.

---

---

Cod. Dipl.

U

## LXXXIII.

RUDOLPHI NOBILIS DE USENBERG LITERÆ  
BERTOLDO ET CONVENTUI TENNEBACENSI  
DATE.

A N N I   I N C E R T I.

Ego Rudolphus, Nobilis de Vsenberch - - Cum omnis Salus hominum a creatore quærenda sit univerforum, nos - - - ipsum clementem Dominum in servis suis, qui die noctuque sibi serviunt digne duximus honorandum. Religiosis igitur Viris Abbatii B. & Conventui de Tennibach, quos in Deo & propter Deum diligimus, hanc fecimus gratiam & dedimus libertatem, ut quidquid ministeriales & homines nostri tam nobiles, quam ignobiles de rebus suis mobilibus vel immobilibus in Eleemosynam, Dum sunt incolumes, Contulerunt eisdem vel etiam in morte legaverint, apud nos & omnes hæredes nostros, tanquam per nos & in nostra factum præsentia. ratum maneat & involatum. ne autem &c.

Nota. Rudolphi de Usenberg sigillum appendet integrum.

LXXXIV.

FRIDERICI II. CHARTA INVESTITURÆ, CUJUS  
TESTIS MARCHIO BADENSIS.

ANNO MCCIX.

Fredericus secundus, divina favente clementia Romanorum Rex, semper Augustus & Rex Sicilie Regie Celsitudini ad laudem spectat & gloriam, cum fidelium profectibus clemens exponitur, & pie prosequitur desideria subiectorum. Inde est quod notum esse volumus universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, Quod nos, attentes fidem & devocationem, quam Gaffus & Jacobus de Locarno fideles nostri erga Majestatem nostram habere noscuntur, de solita gratia et consueta liberalitate nostra concessimus et investivimus eos et agnatos suos pro recto feodo eorum de omni honore, districto et fodris, angariis, parangariis, pregariis, advocatiis Ecclesiarum, piscationibus aquarum, theloniis, et aliis rebus, que ad honorem et jurisdictionem Curie de Scona Tavernula, Cordula, et Menuxio pertinent vel pertinere possent, et eorum Territoriis et circumstantibus locis, tam in personis quam in rebus eorum, Item investivimus eos pro eorum recto feodo de omni honore & districtu, fodris, angariis, parangariis, pregariis, advocaciis ecclesiarum, piscationibus aquarum, theloniis, & aliis rebus, que ad honorem & jurisdictionem et districtum quo ad imperium pertinent, vel pertinere possent in Locarno et in toto plebatu, et circumstantibus locis ejusdem. Preterea investivimus eos pro eorum recto feodo, de omni honore, districtu, & de omni eo quod ad honorem &

U 2

districtum pertinet vel pertinere posset, in quibuscumque locis prefati Gaffus & Jacobus & Agnati eorum de Locarno honorem vel districtum habent vel habere consueverunt, concedentes eisdem, ut quicquid de predictis rebus contra formam alienatum extitit, liceat eis exigere & in feudum retinere, non obstante alienatione contra ordinem facta vel indulta hominibus predictorum locorum, nec aliquibus privilegiis vel rescriptis quondam ab Ottone, seu ab aliquo alio contra hos hactenus impetratis, statuentes & presentes privilegii auctoritate firmiter injungentes, ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis predictos Gaffum & Jacobum & eorum agnatos de predictis omnibus ausu temerario impedire aut molestare presumat; quod qui præsumferit, quinquaginta libras auri componat, quarum medietas Camere nostre, altera vero passis injuriam persolvatur. Ut autem hec rata & firma permaneant, prefens privilegium fieri & Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo nono decime, mense Augusti, Indictione septima, regnante Domino nostro Friderico secundo Dei gratia excellentissimo Romanorum Rege semper Augusto & Rege Sicilie. Anno Domini regni ipsius in Germania septimo, & in Sicilia vicesimo feliciter Amen. Hui testes interfuerunt Abbas Sancti Galli, Abbas Morbacensis, Episcopus Taurinensis, Episcopus Papiensis; Episcop. Cumanus, Episcop. Bergomens. Episcop. Novariens. Wilhelmus Marchio Montisferrati, **MARCHIO DE BADEN**, Alselmus de Justinch, Marschalcus Raynaldus Dux Spoleti, Riccar. Camere, & alii quam plures. Datum apud Hagenowe per manus Conradi Spirensis & Metensis, Episcopi & Imperialis Aule Cancellarii, anno, mense & Indictione prescriptis.

LXXXV.

FRIDERICI II. IMP. LITERAE DE COMITÈ EGENONE  
AB URACH IN GRATIAM SUAM RECEPTO.

A N N O   M C C X I X.


*Ex autographo Bada-Durlacensi.*

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex Semper Augustus & Rex Sici-  
lie. Universis civitatibus suis & earum scultetis tam presentibus  
quam futuris gratiam suam & omne bonum. Significamus vobis quod nos  
dilectum consanguineum nostrum Comitem Egenonem de Urach remisso  
penitus omni rancore, quem erga eum habuimus in plenitudinem fami-  
iliaris & sincere gratie nostre recepimus ac deinceps de augmento  
ipius & honore solliciti esse volumus cum effectu. ut autem gratie  
nostre & dilectionis habundantiam eidem comiti manifestius constare  
faciamus benignitate regia & cum bona voluntate nostra restituimus sibi  
& ministerialibus suis omnes honores eorum cujuscunque conditionis  
pauperes five divites qui postquam inter nos & ipsum bellum incepit de  
civitate sua Friburch ut de aliis locis sibi pertinentibus ad civitates no-  
stras ut ad loca nostra ad habitandum transmigraverunt. Preterea pe-  
pigimus cum iam dicto comite, & firmiter ei permisimus obseruandum,  
quod nunquam de cetero aliquem de hominibus suis in ciuitatibus no-  
stris aut in aliis locis nobis pertinentibus recipiemus. Si forte in illis  
recepti fuerint quam primum id nobis confiterit ipsos homines ei libe-  
ros restitui faciemus. Quocirca vobis mandamus per gratiam nostram  
distinete precipientes quatenus sepefato Comiti homines fuosque sicut

U 3

permisum est ad vos se transtulerunt omni occasione cessante restituatis  
& eos a consortio vestro removeatis. nec omni modo de hominibus suis  
aliquem recipiatis. Ut igitur omnia hec perpetua gaudeant stabilitate.  
presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro jussimus insigniri.

Datum apud Hagnowe Anno Dominice incarnationis millefimo  
ducentesimo nono decimo. Octavo Idus Septembr. Indictione octava.



## LXXXVI.

### INSTRUMENTUM RECONCILIATIONIS INTER FRI- RICUM II. IMP. ET EGENONEM COM. DE URACH.

A N N O M C C X I X.

*Ex autographo Bada-Durlacensi.*

F ridericus secundus divina favente clementia Romanorum Rex sem-  
per Augustus, & Rex Sicilie. Ne processu temporum ab hominum  
memoria elabantur que inter eos aliquando contrahuntur Regia decre-  
vit serenitas. ea litteris publicis commendaremus. Quapropter ad univer-  
sorum tam presentium quam futurorum notitiam volumus pervenire.  
quod nos attendentes grata servitia que dilectus consanguineus noster  
comes Ego de Urach nobis jam dudum exhibuit. & poterit in poste-  
rum exhibere. ad removendum inter nos & ipsum omnem dissensionis  
scrupulum, in rectam sibi donamus & largimur proprietatem totam par-

tem hereditatis illius & bonorum illorum quam vel que de pecunia nostra a nobilibus uiris ducibus de Teck comparavimus, & quod ipse de jure nobis vendere & dare potuerunt. homines vero nec non & alia qualiaunque bona que sibi nec potuimus nec debuimus de jure donare ipsa jam dicto Comite in rectum & legale Feudum concedimus titulo feudali perpetuo possidenda. Preterea quicquid tam nos quam predictus Comes de bonis pie memorie Bertoldi ducis Zeringie in presentiarum obtineamus id uterque nostrum pacifice possideat. sicut ambo possedimus facta apud Ulmam inter nos reconciliatione. Et sciendum est quod Comes E. bonis que tenemus non renunciavit sed pro ipsis gratiam nostram præstolabitur si aliquid sibi facere velimus. Eidem quoque Comiti firma nos obligavimus promissione quod de bonis suis nunquam ab heredibus suis preterea aliquid acquiremus nec pro hoc ei guerram inferamus. ut autem hæc omnia firma permaneant & illibata presentem paginam inde conscriptam sigillo nostro jussimus communiri. Hujus rei testes fuerunt. Conradus Metensis & Spirensis episcopus, imperialis aule Cancelarius. Heinricus Basiliensis episcopus. Hugo Marbacensis Abbas. Sibertus Comes de Werda. Heinricus de Nissen. Comes Ebirhardus de Helfinstein. Anselmus Marscalcus de Justingin. Evirhardus dapifer de Walpurch. Conradus de Wintirstetin & alii quam plures.

Datum apud Hagenowe Anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo decimo nono. quarto decimo Kal. Octobr. indictione octava.

---

---

## LXXXVII. B)

EGINO SENIOR COMES DE URACH CONFIRMAT  
DONATIONEM CURTIS ET MOLENDINI, ABBATIAE  
TENNEBACENSI FACTAM.

A N N O M C C X X.

*Ex autographo Tennebacensi.*

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego *Egino senior comes de Urach.* omnibus tam presentibus quam futuris geste rei noticiam. Cum sciamus omnipotentis Dei prouidentia celestia simul & terrena moderari. & nihil sub sole aliquatenus posse subsistere, nisi diligent cura ipsius gubernetur, idcirco nos Beneficiorum ipsius nisi inmemores nec ingrati & si condigne non possumus, ei tamen pro posse respondere parati sumus. Sciant ergo uniuersi generaliter & dilecti ciues dilecta civitatis nostre *Friburc* specialiter, quod cum Chonradus bone recordationis qui dicebatur Groze, & uxor ipsius Hiltrudis divina inspiratione inducti curtim suam & molendinum quoddam extrà muros ciuitatis cum omnibus pertinentiis suis, id est agris, pratis, vineis cultis & incultis, Domuj de *Tennibach* in presentia ciuium multorum quorum nomina subscripta sunt, pro salute animarum suarum liberè & absolutè secundum libertatem quâ eadem ciuitas ab illustribus *Ducibus Zaringie Progenitoribus uxoris mee Domine Agnetis Comitisse*, cuius ego jure matrimonialis

confortij

---

consortij aduocatus existo, ab antiquo fundata esse dinoscitur, contulerint, nos quoque eandem donationem ratam & gratam habemus. Preterea cuiusdam aque deductionem, per cuius Beneficium agri predicte curtis irrigantur, cuius aque usum idem C. de manu Ducis Bertholdi feodaliter habebat. cuius etiam aque proprietas hereditario jure, mediante jam dicta conjugi mea ad nos etiam deuoluta. quam comes Egino filius noster ad laudem & gloriam, & honorem gloriose Dei genitricis semperque uirginis Marie Domino Abbatii Chuonrado & Monasterio supra dicto Ze rechtem herbelehen concessit in perpetuum possidendum. pro solido Brisgaudiensium annuatim exinde persoluendo. nos quoque eadem ratione induci pro salute anime nostre concessionem usus eiusdem aque à filio nostro factam approbamus. & jam dicto cenobio confirmamus. ut autem hec donatio & concessio firma perseueret & stabilis permaneat. hanc presentem paginam sigilli nostrj appensione corroboramus. Acta sunt hec anno Incarnationis Domini. M. CC. XX. VI. id. Augusti Indictione VIII. Testes hujus rej sunt. Dominus Eberhardus Abbas de Salem. Bertholdus minor filius meus. Heinricus cellerarius de Tennibach. Cotfridus Marschalcus, & frater ipsius Wernherus de Stouphen, Chonradus Snewelinus Scultetus. Hugo de Toufelingen. Albertus Chohzo. Johannes Monetarius. Fridericus Beischarius, & fratres ejus. Reinboto de Offemanningen, & Albertus de Crozingen & fratres sui. Heinricus Vazzare. Albertus de Arra. Heinricus Locheli, & alii quam plures.

---

## LXXXVIII. A)

EGINO JUNIOR COMES DE URACH, DOMINUS  
FRIBURGI, EANDEM DONATIONEM  
CONFIRMAT.

A N N O      M C C X X.

*Ex autographo Tennebacensi.*

In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Ego *Egino Comes de Urach*.  
*Dominus Castris de Friburc.* Omnibus tam presentibus quam futuris  
geste rej. noticiam. Cum sciamus omnipotentis Dei prudenciam celestia  
simul & terrena moderari. & nihil sub sole aliquatenus posse subsistere.  
nisi diligenti cura ipsius gubernetur. idemcirco nos beneficiorum ipsius  
non inmemores nec ingrati. & si condigne non possimus. ej tamen pro  
posse respondere parati sumus. Sciant ergo universi generaliter & dile-  
cti ciues dilecte ciuitatis nostre *Friburc* specialiter. quod cum Chuonra-  
dus bone Recordationis qui dicebatur Groce & uxor ipsius Hiltrudis, di-  
uina Inspiratione Inducti curtim suam & Molendinum quoddam Extrà  
muros ciuitatis cum omnibus pertinentijs suis id est agris, pratis, vi-  
neis cultis & incultis domui de *Tennibach* in presentia ciuium multorum,  
quorum Nomina subscripta sunt, pro salute animarum fuerum liberè &  
absolutè secundum libertatem quā eadem ciuitas ab *Avis & Proavis no-  
stris illustribus Zaringie ducibus* ab antiquis temporibus fundata esse di-  
no-  
scitur, contulissent nos quoque eandem donationem ratam & gratam

habuimus. Sed quia agri curtis ejusdem Naturaliter per se steriles, ne-  
cessitatem habent cujusdam aque deductione irrigari, alioquin essent inutiles,  
cujus aque usum idem C. de manu domini & *annunculi nostri ducis Ber-*  
*tholdi* feodaliter habebat. successione quoque ejusdem aque proprietas,  
hereditario jure ad nos fuerat deuoluta, nos ad laudem & gloriam &  
honorem gloriose dei genitricis semperque virginis Marie usum ejusdem  
aque domino abbatii Chuonrado & Monasterio supra dicto ze rehtem  
Erbilehin concessimus in perpetuum possidendum, pro solido Brisgau-  
dienstum nobis annuatim exinde persoluendo. Pretereat sciendum est,  
quod jam dicti C. & H. prefato Domino abbatii & Fratribus ipsius de  
Tennibach annuatim quatinus vixerint duos denarios de curia eadem  
persolvere constituerint. quatenus ratione persolutionis sensus ejus-  
dem ad ipsos & domum predictam pertinere dinoscatur. ut autem hec  
rata permaneant & inconclusa. presentem paginam conscribi, & sigilli  
nostris fecimus munimine roborari. Acta sunt hec anno ab incarnat. do-  
mini. M. C. C. XX. VI. id. Aug. Indict. VIII. in ipso ciuitate Friburc.  
Testes hujus rei sunt. Dominus Eberhardus abbas de Salem. Berthol-  
dus minor frater meus. Heinricus cellararius de Tennibach. Cotfridus  
marschalcus, & frater ipsius Wernherus de Stouphen. Chuonradus  
Sneuwelinus. Hugo de Touselingen. Albertus Chohzo. Johannes mo-  
netarius. Beischarius Fridricus & fratres ejus. Reinboto de Offeman-  
ning, & Albertus de Crozcingen & fratres ejus. Heinricus Vahzare.  
Heinricus Locheli. Cotfridus de Tocinchouen & fratres ejus & alij  
quam plures.

## LXXXIX.

EGINONIS COMITIS DE URACH, DOM. FRIBURGI,  
LITERÆ CONSENSUS, UT ABBATIA TENNEBACENSIS  
HOMINES QUOSDAM PROPRIOS DONO  
ACCIPIAT.

A N N O      M C C X X I.

*Ex Tabulario Tennebacensi.*

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego *Egino Comes de Vra*  
*Dominus Castri de Friburc* omnibus presentem paginam inspecturis  
geste rei notitiam. Significamus universitati uestre quod ad petitionem  
dilecti amici nostri Abbatis de Thennibach. Ebirhardo Ministeriali no-  
stro de Hafila concessimus. quod homines quosdam suos proprios  
quoscunque ipse ejdem Monasterio designauerit & donare decreuerit.  
cum bona nostra uoluntate fiat & Concessione. Ut autem ejsdem  
fratribus nemo possit in posterum mouere Calumniam super eadem  
nostra Concessione paginam hanc conscribi fecimus & sigillo nostro  
roborari. Datum Friburc anno ab incarnatione Domini M C C X X I. In-  
dict. IX. XVI. Kal. Junij.

X C.

SENTENTIA AB ARBITRIS LATA, QUA BURCARDO, MINISTRO DE KILCHHEIM, JUS PATRONATUS IN ECCLESIAM DE MATRO ADJUDICATUR.

---

ANNO M C C X X I I .

---

*Ex Tabulario S. Petri Basileæ.*

**A**lbertus de Chrohingin, Rudolphus de Wintersingin Decani & Magister Petrus de Rinveldin. Judices a venerabili Cunrado Dei gratia Constantiensi Episcopo delegati, universis Christi fidelibus in perpetuum. Causam, que vertebatur inter Cunradum Plebanum de Rœtenleim, Hernfridum, Rudolfum, Wolpertum, Burchardum, Wernherum, Wernherum de Matro & Cunradum Parrochianos de *Merget* ex una parte. Albertum Subdiaconum & Burchardum Ministrum de Kilchheim ex altera, super Jure Patronatus & super Ecclesia de Matro a prememorato Episcopo suscepimus fine canonico terminandam. Partes igitur in nostra presentia constitute in nos Magistrum Hugonem Cantorem Basiliensem, Burchardum Plebanum de Bondorf & quosdam alios compromiserunt voluntarie, juramento hinc inde tam a laicis quam a cleris

cis prestito, quod ratum haberent, quicquid per dictos arbitros super eodem negocio foret unanimiter ordinatum. Sane nos & coarbitri nostri veritate plenius indagata Jus Patronatus Ministro de Kilchheim, Ecclesiam Alberto clero suo unanimi consensu adjudicavimus, ita tamen quod quandocunque aliquis clericus a jam dicto Ministro de Kilchheim vel suis successoribus ad Ecclesiam de Matro presentatus fuerit, debet ab Hermfrido suisque Coheredibus vel eorum successoribus peti, ut presentatus sibi placeat, eumque pro plebano Ecclesie de Matro recognoscant. Ceterum five consenserint five reclamaverint, nihilominus tamen presentatus a sepe memorato Ministro de Kilchheim omni contradictione cessante, si alias dignus fuerit, debet obtinere. Cunrado Plebano de Rœtenleim, qui in manus nostras jus quod habebat vel habere videbatur, in Ecclesia de Matro resignavit, super eadem perpetuum silentium imponentes. Actum in Ecclesia Matro anno ab Incarnatione Domini MCCXXIII. III. Nonas May. Testes Tiethelmus Prepositus, Henricus Scolasticus Basiliensis, Rudegerus Prepositus S. Albani, Bruna Decanus de Steina, Berhtoldus de Richem, Burchardus de Bischovingin, Baldolfus de Tannenchilcha, Wernherus de Wolbach, Gotefridus de Kilchheim, Petrus de Hadestat, Burchardus de Terwilre, Johannes de Tornacho, Plebani, Arnoldus de Binceheim, Burchardus de Ufheim, Cuno frater pincerne, Cuno de Telisperch, Cunradus de foro frumenti, Hugo Plecha, Dietricus frater suus, Ludewicus de Bladolsheim, Cunradus Robere, *Johannes frater dapiferis, (a)* Fridericus de Mulnheim, Milites, Wernherus de Blansingin, Algotus de Ramstein, Ulricus, Cunradus fratres de Kilchheim, Walterus villicus, Dietricus Cunradus, Arnoldus, Basilienses, Albertus, Cunradus, Henricus fra-

tres de Blatesheim & alii quamplures. In assertioem autem hujus rei presentem chartam conscribi fecimus sigillorum munimine roborantes.

NB. Sententiam hanc confirmavit Conradus Episcopus Constantienis  
IV. non. Jun. 1223.

(a) In secundo Instrumento deest;



## XCI.

ABBATISSÆ ANDLAVIENSIS CHARTA ENDINGÆ  
DATA PRÆSENTE HENRICO MARCHIONE  
HACHBERGÆ.

A N N ' O      M C C X X I I I .

*Ex Tabulario Abbatiae Thennebacensis.*


In nomine Patris - - - Ego Hedewigis Dicta Abbatissa de Andila  
& ejusdem Ecclesie totum Capitulum - - - Notum fieri volu-  
mus universis - - quod Waltherus miles de Nugirte: Cum esset mi-  
nisterialis Ecclesie nostre de Andila omne predium suum quod habebat  
in villa *Endingen* tam vineas quam agros, prata, domos, areas &  
omnino quidquid habebat, super majus altare & in manus nostras, sicut  
moris est, cum Consensu & voluntate uxoris suæ Gutæ & filii sui Hu-

gonis resignavit, quod nos ad petitionem ipsius Waltheri, Guotæ, Hu-  
gonis, Monasterio & fratribus de Tennibach eo pacto & conditione con-  
cessimus & assignavimus super reliquias jam dicti Monasterii, quas tunc  
præsentes habebat Dominus Heinricus Cellerarius fratrum eorundem,  
quod omni festo Sancti Martini Duo Denarii nobis exinde solvantur.  
Aliud quoque prediolum id est Domum & vineam in eadem villa eisdem  
fratribus sub eodem Censu concessimus, quod nobis Adelheidis, uxor  
Cunonis Græwelarii per manum supradicti Waltheri resignavit, que  
cum esset Civis in Friburc ad Ecclesiam nostram pertinebat, ideoque per  
manus nostras hoc fieri oportebat. procedente tempore cum Dietricus  
Scultetus de Endingen haberet premium quoddam in Bottingen & ante-  
dicti fratres de Tennibach idem premium propter vicinas commodius  
sibi reputarent, si concambium cum antedicto Sculteto de prediis me-  
moratis facere possent; habito inter se colloquio & communicato utrin-  
que prudentum virorum Consilio LX. Marcas ei pro predio memorato  
Bottingen persolvere statuerunt, quarum sexaginta Marcarum, quadra-  
ginta ei de prediis supradictis, id est tam Waltheri de Nugirite, quam  
Adelheidis antedictæ persolverunt, nam ad valentiam XL. marcarum  
eadem predia taxata fuerunt cum pratis quibusdam Chencingen sitis,  
que ei nihilominus ad memorata predia addiderunt, Deinde solutis fi-  
bi XVI. marcis puri argenti adhuc restabant quatuor persolvendae, quas  
dederunt - - - filio fratris Waltheri antedicti & fororibus ejus-  
dem pro predio quodam Endingen sito, cuius predii Salman erat ipse  
Scultetus & frater ejus Colarius, quod pretium ipse annuentibus illis,  
id est - - - & fororibus suis pro pretio quatuor Marcarum recepit

&amp;

& sibi retinuit & taliter summa L X. Marcarum integraliter fuit persoluta. ad majorem cautelam predicti fratres de Tennebach idem premium de Bottingen à Sculteto nobis & Ecclesie nostre resignatum de manu nostra receperunt pro duobus Denariis annuatim exinde persolvendis. ut autem haec transactio firmum robur obtineat. - - - - -  
Acta sunt haec ab incarn. Domini M. CC. XXIII. IIII. id. Maii. indict. &c. in villa Endingen presente *Marchione Heinr.* - - - - -  
testes & alii quam plures.

NB. Sigillum habet integrum.



## X C I I.

### EXCERPTA EX LITERIS HEINRICI REGIS ROM. DE CLEMENTIA, BERTOLDI V. VIDUA.

A N N O      M C C X X I V.

*Ex authentico tabularii Dolensis apud Petrum Franc. Chiffletum in Epist. de Beatrice Com  
Chalon. pag. 113.*

**H**einricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis Imperii fidelibus, quibus hæ litteræ ostensæ fuerint, gratiam suam & omne bonum. Significamus Vobis, quod coram nobis jam pridem apud Bernum in Judicio residentibus talis lata fuit sententia, quod nos Dominam  
*Cod. Dipl.* Y

*Clementiam quondam Ducissam Zeringie in captivitate, in qua tenetur, debeamus liberare - - altera etiam lata est sententia coram nobis, quod nos predictam Dominam Clementiam mittere debeamus in possessionem castri Burcdorf & omnium bonorum, que dive memorie B. Dux Zaringie in dote contulit eidem, aut loco ipsius Domine C. patrem ejus Stephanum Comitem Burgundiæ nomine tutoris - - - testes Engelbertus Coloniensis, Thiedricus Trevirensis, Gerardus Bisuntinus Archiepiscopi, Sifridus Augustensis, Willelmus Lausanensis, Heinricus Basiliensis Episcopi, Comes Willelmus Gebennenfis, Comes Rudolfus de Havspurc, Cuonradus Pincerna de Schipſſa, Eberhardus Dapifer de Walpurc. Datum apud Bernum V. Kal. Jan. Indict. XIII. Anno Dom. incarnat. MCCXXIV. Anno regni nostri V.*

---

**X C I I I.**

FRIDERICI II. IMPER. LITERAE AD EGENONEM  
COMITEM DE URACH.

---

A N N O      M C C X X V I.

---

*Ex authentico Bada-Durlacensi.*

**F**ridericus Rex Dei gratia Rom. Imperator semper Aug. Jerusalem & Sicilie Rex. Dilecto consanguineo & fideli suo. Eguenon. Comiti de Hura, gratiam suam & bonam voluntatem. Cum ex innata celsitudini nostre clemencia ad gratiam nostram a qua per indevationem recef-

---

feras, propter devotionis meritum quod te deinceps speramus non im-  
merito promereri, personam tuam restituerimus ad plenum & liberaliter  
& libenter, ob dilectionem & favorem quem erga venerabilem C. Por-  
tuensem Episcopum Sacre Romane ecclesie cardinalem fratrem tuum  
specialiter gerimus & habemus in hoc & in majoribus erga personam  
tuam nos valde propicios & benignos reddere disponentes, concordiam  
illam & pacem, que inter Karissimum filium nostrum Henricum Regem  
Romanorum illustrem ex una parte, & te ex altera, apud Spiream delibe-  
rato principum nostrorum qui ibidem aderant consilio provide extitit or-  
dinata, ratam & firmam habuimus & habemus. Ceterum quia  
intelleximus strenuitatem tuam crucis signaculum pro terre sancte sub-  
sidio assumpsisse, letati fuimus, ut in ipso sancto itinere te fructuosum  
& ydoneum supportatorem habentes, eo ad condigne remunerationis  
premia amplianda erga te specialius excitemur, quo tue devotionis me-  
rita per cotidianas experientias evidenter ibidem poterimus experiri.  
Volentes igitur ut conceptum tuum favorable votum nostra subventione  
securius & liberius exequaris, fidelitati tue mandamus, quatinus ad exe-  
quutionem tam sancti propositi te potenter & magnifice studeas prepa-  
rare. Nos enim cum ad nos perveneris in passagio. triginta vel quadra-  
ginta militum vel etiam ampliori tibi libere curabimus providere. In  
competenti & congrua aliorum subventione, juxta consilium memorati  
cardinalis, cui in hoc & in aliis disponimus complacere, & etiam fra-  
tris H. (a) Magistri hospital. Theuton. devotionem tuam tam

---

(a) De Hermanno de Salza Magistro hospitalis S. Mariæ Teutonicorum vid. Go-  
DEFRIDI MONACH. *Annales* ad A. 1224. apud FREHERUM Tom.I.

libenter & liberaliter respicere proponentes, quod eidem Cardinali id erit gratissimum & acceptum. Tuque proinde ad nostra obsequia in perpetuum remanebis specialius obligatus. Datum ap. Burg. Sancti Domini XVIII. Julii XIII. Indict.

||  
(L. S. major.)

Nota: Indictio XIV. ostendit, Diploma hoc datum esse A. 1226.



## X C I V.

EXCERPTA EX HERMANNI ET HENRICI MAR-  
CHIONUM BADENSIMUM DONATIONE HEREDITATIS  
SUÆ DAGSBURGICAE, ECCLESIAE AR-  
GENT. FACTA.

A N N O      M C C X X V I.

*Ex Archivo Episcopali & maioris Capituli Argentin. ap. Laguille Hist. d'Alsace Probat. p.33.*

**H**ERMANNUS & HENRICUS fratres Dei gratia Marchiones de Baden - - - Universam hereditatem in Episcopatu Metensi, Argentinensi, & Basiliensi ubicunque sitam, & ad nos ratione successionis per neptem nostram Gertrudim Comitissam bonæ memoriae filiam Comitis Alberti de Tagisbuc, jure sive proprietario sive hereditario seu alio quoque modo devolutam Ecclesiæ integraliter contulimus memoratæ tam in castris, oppidis, villis, possessionibus quibuscunque, hominibus rusticis scilicet ministerialibus & vaallis, &c. Ad majorem autem cautelam & effica-

ciam possessionum predictarum, vocabula quedam propriis & cunctis nominibus duximus exprimenda. Castrum videlicet Tagisburg, castrum Girbaden, castrum Bernstein, castrum Egensheim cum omni jure & pertinentiis universis. Acta sunt haec anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto, quarto nonas Novembbris.



## XCV.

SENTENTIA DEFINITIVA PER SIGEBERTUM COMITEM DE WERDA ET HENRICUM EIUS FILIUM LATA,  
QUOD HAEREDITAS DE QUA INTER HERMANNUM ET  
HENRICUM MARCHIOMES BADENSES, NEC NON DUCEM  
BRABANTIAE CONTENTIO ORIEBATUR AD IPSOS MAR-  
CHIONES PER OBITUM COMITISSAE DE DAGSPURG SO-  
RORIS EORUNDEM DE JURE SIT DEVOLUTA, QUAM  
QUIDEM HAEREDITATEM MARCHIONES PRAEFATI  
BERTOLDO EPISCOPO AC ECCLESIAE ARGEN-  
TINENSI DONAVERUNT.

---

A N N O      M C C X X V I .

---

*Ex archivio maioris Capituli Argent. ap. Laguille l. c. p. 34.*

SIGEBERTUS Dei gratia, Comes de Werde & Henricus filius ejus  
Comites Alsatiae, omnibus hanc paginam inspecturis salutem in  
perpetuum. Noverint universi praesentes & futuri qualiter nobilibus vi-  
ris Hermanno & Henrico Marchionibus de Baden, coram nobis in judicio

Y 3

publicè constitutis super hæreditate quadam filiæ sororis eorundem, Comitissæ videlicet de Dagsburg, quam ad se hæreditario jure devolutam affirmabant, cum instantia sibi justitiam petiverunt exhiberi, afferentes quemadmodum & verum esse constat in præsentia Regis & Principum in solenni Curia Wurmatiensi, ejusdem hæreditatis quæstione coram eisdem cum adversario Duce videlicet Brabantiae, in judicium legitimè deducta sit per Principes dictos, sententiatum fuisse, & universi qui se aliquid juris habere contenderent in hæreditate memorata coram illo Comite in cuius Comitia esset hæreditas ipsa sita, deberent ad invicem experiri. Nos igitur qui secundum jus terræque nostræ consuetudinem antiquam & approbatam præfatos Marchiones totius hæreditatis supradictæ veros solos & proprios hæredes invenimus, ipsam eis per sententiam definitivam, sine contradictione qualibet adjudicavimus universam & sententia solemniter lata Nobiles supradicti totam hæreditatem eandam cum omni jure & pertinentiis ejusdem, Venerabili Domino nostro Bertholdo Argentinensi Episcopo, & Ecclesiæ suæ liberè ac donatione perpetua contulerunt ibidem. Acta sunt hæc anno Domini M C C X X VI mense Decembri juxta villam Holtzheim, præsentibus iis Reinhardo Præposito, Ulrico Scolastico, Arnoldo Camerario, Canonis Argentinensibus, Henrico & Ludovico fratribus de Lichtenberg, Burkardo de Gerolzek, Ottone de Ochsenstein, Alberto & Burkardo Begeonibus, & aliis quam pluribus.

XCVI.

HEINRICUS REX ROMANORUM EGENONI COMITI  
FRIBURGENSI JUDEOS FRIBURGI CAPTOS  
CONDONAT.

A N N O M C C X X X.

*Ex autographo tabularii Bada-Durlacensis.*

**H**einricus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Vniuersis Imperii fidelibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, Gratiam suam & omne bonum. Ad noticiam vniuersorum cupimus ex insinuatione presentium peruenire, quod nos dilecto fideli nostro *Comiti Egenoni de Friburc*, eo quod Judeos nostros apud Friburc captiuauit omnem rancorem & indignationem, quam exinde contra ipsum habuimus, remisimus ex toto corde. Mandamus itaque sub obtentu nostre gratie firmissime precipientes, quatinus nullus ausu ductus temerario, prenotatum Comitem vel homines suos, ad querimoniam alicujus Judei gravare vel dampnificare presumat. Quod, qui attemptauerit, grauem offensam & indignationem nostre celsitudinis se nouerit incursum. Ut autem maior certitudo super premissa remissione in posterum habeatur, presens scriptum sigillo nostre celsitudinis communitum memorato Comiti precepimus exhiberi. Testes, qui interfuerunt hui sunt: Venerabilis Abbas Sancti Galli. H. Pronotarius *H. & H. Marchiones de Baden*. Com. A. de Hauspurc. Com. H. de Alsfacia. G. de Hohen-

Ioh. de Rapoldesteine. E. de Walpurc dapifer. L. & E. de Grindelhe & alii quamplures. Dat. apud Brisacum Anno Domini MCCXXX. Idus Augusti Indictione Tercia.

(L. S. || maj.)



### XCVII.

HERMANNI V. MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ  
FUNDATIONIS PRÆCEPTORIÆ ORDINIS TEU-  
TONICI IN ULMA.

C I R C A A N N U M M C C X X X .

*Ex tabulario Bada - Durlacensi.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HERMANNUS Dei Gratia  
Marchio de Baden omnibus tam præsentibus, quam futuris Salutem,  
& veritati testimonium non negare. Labilis humanæ fragilitatis memo-  
ria necessario scripturarum requirit adminiculum, ut cum aliqua fiunt  
a modernis, quæ sunt memoria digna, scripto commendentur, ne à po-  
steris ignorantiae aut oblivionis vitio indebite retractentur. Nosse itaque  
cupimus universitatem fidelium, quod cum dilectissimus beatæ recorda-  
tionis Germanus frater noster Fridericus, igne Sancti Spiritus succensus,  
se ipsum abnegasset, & assumpta cruce Dominum sequi desiderasset, nos  
felici proposito ipsius congaudentes ut laboris sui participes mereremur  
fieri, fideliter ipsi permisimus, quod quamcunque partem proprietatis  
tam suæ quam nostræ, pro remedio animæ suæ Domino vellet conferre  
oblatio-

oblationem ipsius, consensu nostro firmaremus, super hoc literas nostras ipsi dantes consensus nostri testimonium continentis. Cum igitur idem frater noster ad terram promissionis prospero itinere pervenisset, ubi tandem viam universæ carnis ingrediens pro remuneratione divina, omnem proprietatem suam & nostram in *Ulma* tam in agris quam in pascuis, molendinis, aquis piscariis, nemoribus, & omnibus eidem proprietati attinentibus, Fratribus Domus Hospitalis Teutonicæ Sanctæ Mariæ in Hierusalem contulit proprietatis nomine & pleno jure perpetuo possidendum, super hoc litteras suas nobis dirigens, & postulans, ut sicut promisimus factum suum consensus nostri robore firmaremus. Nos itaque promissionis nostræ non immemores saepe dicti fratris nostri factum ratum habentes, & donationis ipsius auctoritate nostri consensus roborantes, memorata proprietate fratribus prædictæ domus cum omnibus attinentiis pleno jure, sicut supra taxatum est, communicato uxoris nostræ *Irmingardis* consensu donavimus, perpetua pace, & quiete, absque omni Heredum nostrorum reclamatione liberam possidere. Quare, ne aliquis saepe dictos fratres in hac donatione quoquo modo molestet, vel impedit, hanc eis chartam dedimus, sigilli nostri munimine cum subscriptione Testium, qui eidem facto præsentes aderant, roboratum. Testes vero sunt hi, *Ludovicus Dux Bavariæ*, *Hermannus*, *Marchio de Baden*, *Bertoldus de Alenveld*, *Kobolt de Wolmohus*, *Wigandus de Alreia*, *Burckardus senior & junior de Rode*, *Cunradus de Caleose*, *Sifridus de Rintpuren*, *Sifridus de Butekeim*, *Henricus de Salbach*.

(L. S.)

*Cod. Dipl.*

Z

## XCVIII.

HERMANNI MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ QUI-  
BUS ECCLESIAE S. PANCRATII IN BAKNANG JUS  
PATRONATUS IN LANDSIDLEN  
DONAT.

---

A N N O    M C C X X X I.

---

*Ex Manuscripto Gamansiano.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Universitati tam presentium quam futurorum innotescat, quod ego *Hermannus Marchio de Baden* instinctu Divino compunctus, præsentiumque virorum consilio fretus Ecclesiæ Sancti Pancratii Martyris in Bagnang, quæ saepius per me meosque fautores læsa est, ad restorationem dispendiorum a me ei illatorum jus Patronatus Ecclesiæ in *Landſidlen* cum omni jure in decimis, in agris, in pratis, in aquis, in aquarum recursibus, in campus, in nemoribus, & sic cum universitate ad sustentationem omnium ibidem Deo famulantium pro remedio animæ meæ fideli largitione dicavi. E contra ejusdem loci præpositus communiterque ibi Conventus me petente montem in *Richenberg*, ubi nunc castrum situm est, usque ad secundum vallem, ac locum in Cottenwaller, quam contra salutem animæ meæ subtraxeram, ubi quondam uberrima prata floruerre, pia voluntate mihi contra dederunt: ita tamen ut hæredes mei nunquam in eodem loco Molendinum fundare præsumant: Praeterea Mo-

---

lendinum sub *Eichenberg* quod in prædio sœpe dictæ Ecclesiæ indebitè struxeram, post obitum vitæ meæ cum omni jure usquequaque eidem conventui assignavi. Et ut hæc inconclusa & inconvulsa perpetuo maneant, munimine sigilli nostri confirmamus. Peracta fuit autem hæc Anno ab Incarnat. Domini M C C X X I. regnante invictissimo Imperatore Friderico, sub Diethro ejusdem loci præposito. Hujus rei testes fuit Ulricus de Helfenstein, Albertus de Rossewag, Henricus de Preweu, Albertus de Iisvelt, Herbrandus de Hohenberg, Gregorius Prothonotarius, Conradus de Rote, Engelhardus de Windecke, Conradus Schobele, Albertus de Rodde.



## X C I X.

MARCHIO HENRICUS HACHBERG. VILLAM ET EC-  
CLES. IN MUOSBACH. ABBATIAE TENNEBAC.  
TRADIT.

---

A N N O      M C C X X X I.

---

*Ex Archivo Tennebacensi.*

Duplex est utilitas benefacta quorumlibet & Magnatum & Principum maxime scripture testimonio committere, videlicet ut & rei servetur veritas & ut a bonis exemplum sumentes alii similia pietatis opera studeant & ipsi perpetrare.

Z 2

Noverint igitur omnes tam futuri, quam presentes, quod pie memorie *Marchio Heinricus* adhuc vivens, cum in quodam sancto, die Parasceven in Tennibach divino interesset officio instinctu divino commonitus sepulturam & testamentum suum, quod antea sepe prolocutus fuerat, ibidem ordinavit & statim in sequenti Paschali ebdomada secundum quod ordinaverat apud Tennibach in *Castro Burchhem*, Domina sua presente ac consentiente cum duobus filiis suis, effectui mancipavit, libera traditione donans B. Marie semper virginis Tennibach & fratribus ibidem Deo famulantibus Villam & Ecclesiam in Mousbach, silvam cum hominibus & cunctis attinentiis jure perpetuo possidenda. Eo autem non multo post transacto tempore de hoc mundo sublato, prefata Domina sua cum filiis coram multis viris honestis, qui sepulture intererant, donationem à vivo factam sub defuncto renovans, iteravit, presentem paginam in testimonium rei geste scribi faciens, sigillo viri defuncti roboretam. Testes hujus rei qui presentes intererant sunt hii. R. de Ousenberc. B. de Æschibach. W. & O. de Stouffen. W. de Horenberc. Der Koler senior & junior. C. de Bodemen. Advocatus de Limperc. der Rife. E. de Baldingen. Abbas de S. Petro. R. Abbas & totus Conventus de Tennibach. H. Novi Castrorum Decanus & alii quam plures. Facta est autem hec donatio A. Dom. M. CC. XXX. primo.